

*MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80665-3*

MICROFILMED 1992

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

BEZZEL, HERMANN

TITLE:

CONIECTURAE
DIODOREAE

PLACE:

ERLANGAE

DATE:

1888

Master Negative #

92-80665-3

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88D59

DZ8

v.2

Bezzel, Hermann

Coniecturae Diodoreae, dissertatio inauguralis
quam ... scripsit Hermannus Bezzel. Erlangae,
typis Iungii, 1888.

37 p. 22½ cm.

Thesis, Erlangen.

Volume of pamphlets

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm

REDUCTION RATIO: 12X

IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB

DATE FILMED: 8/6/92

INITIALS MED



FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT




AIM

Association for Information and Image Management



1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

2366

text
crit

88159
~~186~~

no. 2

CONIECTURAE DIODOREAE,

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE ERLANGENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

HERMANNUS BEZZEL.

ERLANGAE

TYPIS IUNGII ET FILII

MDCCCLXXXVIII.

Coniecturae Diodorae.

Scriptis

Hermannus Bezzel.

Priusquam suscipiam in Diodori Siculi libris aliquot locos, qui aut aliis suspecti videbantur aut mihi soli, emendare, mihi liceat nonnulla de illo codice afferre, qui mihi summa benevolentia ac liberalitate permissus erat, codicem dico Coislinianum.

Hoc codice continentur libri I—V et libri XI—XV. Significatus est apud Dindorfium¹⁾ littera A numero 149, saeculi quinti decimi bombycinus, foliorum formae maximae 780; Parisinus. Servatur in bibliotheca nationali, quam dicunt. Ille collatus est a Francisco Dionysio Camusato²⁾ saeculo duodevicesimo, a quo summis effertur laudibus. Cuius collationes a Jacobo Philippo d'Orvillio, professore Amstelodamensi, redemptae et Wesselingio, editori bibliothecae Diodori egregio, oblatae sunt, quocum amicitia³⁾ erat coniunctus. Ille, cuius de editione postea disseram, lectiones Coisliniani adnotaverat quidem infra textum, minime autem, ut facile cogitari potest, ea cura et diligentia, qua opus est; non enim ipse codicem examinaverat. Post Wesselingium nemo codicem inspexisse videtur, sed omnes editiones nituntur eius animadversionibus. Dindorfius quidem³⁾ nos docet se partim codicum ope optimorum, partim accuratiore singulorum instituto examine libros emendatiores reddidisse millenis locis, sed Coislinianum ne is quidem adiit.

1) Diodori bibliotheca historica ex rec. Lud. Dindorfii. Lipsiae. MDCCCXVIII p. III.

2) Diod. Sic. bibl. hist. libri qui supersunt rec. Petrus Wesselingius Amstelodami MDCCXLVI pag. X.

3) Diod. biblioth. hist. ex rec. et cum adnot. Lud. Dindorfii Lipsiae MDCCCLXVI praef. pag. IV.

Priorem certe partem operis Diodori (libros I—V) nuper accuratissime inspexit Alfredus Jacobus Francogallus¹⁾, qui quae invenit adhibuit ad stemma, ut dicunt, manu scriptorum bibliothecae Diodori si non explicandum, certe quidem incohandum. Docuit hic codicis A collationem, quam Wesselingius offert, multis laborare erratis dicens: 'Les collations sont imparfaites; l'inexactitude de la collation du A.' (p. 525). Alteram partem autem, quam ille codex complectitur, Jacob non examinavit. Attamen huius partis, quae continet libros XI—XV, comparatio affert nonnulla eaque non parvi, ut mihi quidem videtur, ad emendationem momenti.

Quae cum ita sint, animum induxi in illo codice describendo morari.

Primo folio inscriptus est titulus quidam: 'Diodori Siculi in quinque libros divisos? (ego: divisam sc. bibliothecam) sequitur liber sine titulus (!) a principio tractans de diversis bellis. In folio magnus liber.' Spectat haec adnotatio ad libros XI—XV, quibus bella Persarum (l. XI), bellum Peloponnesiacum, quod dicunt (l. XII. XIII.), proelia inter Cyrum Minorem et fratrem, bella a Dionysio tyranno gesta (l. XIV), proelia variorum (l. XV) tractantur. Manu autem altera verba, quae modo attuli, deleta et commutata sunt his: Diodori Siculi libri X sc. 1. 2. 3. 4. 5. 11. 12. 13. 14. 15. codex in charta Bombycina XV. saec. conferendus cum edito code (codice?) XL prisé²⁾.

Infra haec verba legi: *τοῦ τῆς σωτηρίας ἐπωνύμου σεβασμιωτάτου καρδινάλου*. Utrum his verbis satis obscuris Joannes ille Bessario significetur an alius, mihi est ignotum. Constat quidem hunc cardinalem exeunte saeculo decimo quinto (1468) magnam manu scriptorum copiam Venetorum rei publicae donavisse, sed quo modo codex venerit in bibliothecam Parisinam, nescio.

Verba autem, quae supra commemoravi, demonstrare mihi videntur duas partes (et ll. 1—5 et ll. 11—15) conglutinatas esse, quamvis inter se minime conexas esse existimarentur. Priorem enim partem Diodori opus continere concedit ille titulus,

1) Le classement des Mss. de Diodore de Sicile, Mélanges Graux p. 525—531.

2) Haud scio an in verbo: 'prisé' mendum lateat. Scribam, 'parisino'.

altera autem putatur incerti auctoris esse. Sequitur, ut a duobus scriptus sit codex Coislinianus, id, quod nemo, quod sciam, animadvertit. Accedit, quod inter finem libri quinti et libri undecimi initium magnum est spatium trium foliorum, cum inter alios libros intervallum non videas; de hoc intervallo ipso infra pauca addam.

Complura porro afferam, quae sint sententiae meae confirmandae. 1) Cum enim libri prioris partis (I—V) exornati sint titulis *Διοδώρου τοῦ Σικελιώτου βιβλιοθήκης ἱστορικῆς πρώτης* (sc. βιβλος), *δευτέρα*, *τρίτη*, *τετάρτη*, *πέμπτη*, hi desiderantur in libris alterius partis. 2) Argumenta singulorum librorum omnibus quidem praescripta inveni, sed cum librorum I—V argumenta instructa sint epigrammatis quibusdam (*ἔλεγχος τῆς πρώτης βιβλου, πῖναξ τῆς δευτέρας, π. τῆς τρίτης κτέ*), apud libros XI—XV frustra haec quaeres. 3) In parte priore numeri semper verbis sunt expressi, in altera saepissime litteris compendiaris. 4) Contra in priore parte nonnulla verba compendiose scribuntur, in altera non item. Haec sunt: *σριάς* = *σωτηρίας*, *πῆ* = *πατρίδος*, *πτε* = *πατέρος*, *ἀδ* = *ἀδελφόν*, quo in verbo saepissime lacuna invenitur, nec non apud *λγ* = *λόγος*. 5) In priore parte *Ἀημήτρας*, semper *τεχνήτας* scribuntur, in altera *Ἀήμητρος*, *τεχντίας*. 6) In priore parte hiatus minime evitatur, in altera autem cum magna diligentia.

Non magni quidem momenti esse videtur, quod litterae primae quaeque eorum verborum, quibus singulae sententiae in argumentis incipiuntur, colorer ubro sunt 'elegant' pictae, in altera parte omnes hae litterae desunt. In argumento, ut exemplum afferam, libri undecimi legitur: *εἰς τῆς Ἐξέρξου ἀναβάσεως, ἡ Θεμιστοκλέους, ἀχὴ τῶν Ἑλλήνων κτέ*. Certe haec negligentia ex eo orta est, quod hic quoque scriba litteras voluit pingere.

Si mihi igitur contigerit, ut demonstrem codicem Coislinianum duabus e partibus constare a duobus librariis exaratis, quaeratur, intercedatne ulla inter duas partes ratio. Equidem opinor eadem manu, qua pars prior permultis locis est correctata aut adnotationibus orae librorum adscriptis (cum *ἴσως* incipientibus) est adornata, alteram partem esse scriptam; litterae enim earumque forma, atramentum minus nigrum hoc nobis persuadent. Non multum autem temporis interesse inter duos scribas, concedere non gravor. Idem censet Jacobus: 'ce manuscrit a été

retouché çà et là par une main contemporaine de la première ou peu s'en faut.

Aliquot exempla correctorum verborum hanc ob rem afferam, quod et Wesselingius et Dindorfius haec saepe neglexerunt. Sequor editionem minorem Dindorfii (Teubner. MDCCCLXVI).

pag. 4. v. 31. Textus coisl.: ἐπιγενομένοις, ad marginem ἴσως τοῖς ἐπιγενομένοις;

pag. 7. v. 14. coisl. διερρηγμένον, ad marg. διερρηγμένον;

ibid. v. 20. μετὰ πολλῆς, ad m. ἴσ. τε;

pag. 14. v. 6. coisl. περὶ αὐτοῖς, ad m. ἴσ. παρά;

pag. 16. v. 32. coisl. πάντων, ad m. ἴσ. πάντα;

pag. 17. v. 12. coisl. δι' ἀγορεῦσαι, ad m. Λι ἂ προσαγορεῦσαι;

pag. 32. v. 6. coisl. μυθνομένοις (?), ad m. ἴσ. μυομένοις;

pag. 44. v. 30. coisl. περὶ τούτων, ad m. ἴσ. τούτων;

pag. 70. v. 32. coisl. πρὸς τοῖς γεγόνασι, ad m. ἴσ. τούτω;

pag. 104. v. 7. coisl. ἡδικημένοις, ad m. ἴσ. ἡγουμένοις;

pag. 107. v. coisl. βαπτίζουσι, ad m. ἴσ. βλαπτίζουσι;

pag. 128. v. 23. coisl. κατὰ, ad m. ἴσ. παρά;

pag. 131. v. 22. coisl. ἀπὸ βλεφάρων, ad m. ἴσ. ἐπὶ.

Has et alias adnotationes in priore parte Diodori margini adscriptas debemusne acumini eius, qui alteram scripsit partem an ille deprompsit emendationes ex alio codice? Hoc equidem pro certo habeam; non enim dubito, quin si suo Marte falsas et perversas lectiones emendasset, alios quoque locos, qui magis sunt depravati quam illi, quos sanavit, sanaturus fuerit. Quod autem hos locos neglexit, mihi demonstrare videtur, scribam alterius partis alium codicem usurpasse, ut priorem partem codicis Coisliniani cum eo conferret et secundum eum singulos locos emendaret. Ex quo autem codice depromptae sunt lectiones orae adscriptae? — Primum hoc vix negari potest, necesse esse illum, ex quo manaverunt lectiones, codicem eandem lacunam habuisse, quam habet Coislinianus in capite octogesimo quarto libri quinti aut, si mavis, eundem mancum exitum in κατέσχευ. Ni enim res ita se haberet, quin expleturus fuerit lacunam aut finem additurus fuerit corrector, dubium non est. Quod autem hoc mutilo exitu quinti libri utor argumento, non supervacaneum puto pluribus verbis exsequi. Cum per omnes libros Diodorus ultimum quodque caput ita finiverit, ut et respiceret ea, quae libro perfecto pertractata erant,

et prospiceret in ea, quae sequente libro narrare animum inducebat, librum quintum sic finitum esse censeamus, quemadmodum nonnulli codices exhibent? Minime, sed finem prorsus alium imposuit huic quoque libro eum, quem legimus in omnibus aliis codicibus praeter codicem Vindobonensem, quem Dindorfius²⁾ littera D notavit, Parisinum regium, apud Dindorfium E appellatum, Vaticanum tertium (o), cuius principium et finem Wesselingius³⁾ Romae acceperat. His tribus G. I. Schneiderus⁴⁾ addidit duos libros mss., Vindobonensem, littera N signatum, et Venetum (V) ex libris Bessarionis cardinalis (cf. pag. 2)⁴⁾ in bibliotheca Marciana, cuius ab editoribus nulla mentio facta est. Quo autem ex his quinque codicibus inter se cognatis ad suum emendandum usus est scriba? Censeam duabus de causis Coislinianum ex codice illo Veneto, quem ultimum supra attuli, instructum esse adnotationibus. Primo inscriptio illa Graeca, de qua supra (p. 2) locutus sum, pertinere videtur ad codicem illum, qui antea ex libris fuerat Bessarionis. Haud scio an corrector finito opere pergrato animo eius viri meminerit, cuius benevolentia codex Venetus ad inspiciendum ei mandatus erat. Existimem illud τοῦ τῆς σωτηρίας ἐπωνύμου nomen 'Ioannis' significare, quod constat Bessarioni fuisse. Ioannes autem est nihil aliud quam 'deo acceptus', 'cui deus propitius est'. Sed quoniam non dignam esse hanc coniecturam, qua nitatur argumentatio, mihi certum est, alterum argumentum inducam, quod non parvi est censendum: mirum in modum et textus codicis Veneti et marginis lectiones, quae in A inveniuntur, inter se consentiunt. Quas V praebet lectiones, summa diligentia observavit Schneiderus (p. 10). Et consentiunt semper cum Coisliniano, id quod ego confirmare possum. Quod autem scriba alterius partis non hanc quoque contulit cum libro Veneto, est in causa, quod in hoc libri XI—XV desiderantur.

Non minus autem certum est codicem Venetum descriptum esse e priore. Et hunc codicem Vindobonensem D saeculi octavi


1) De aliquot Diod. Sic. libris mss. diss. G. I. Schneider pag. 7 seq.

2) ed. maior 1829 p. III et IV. Tom. I.

3) ed. Wesselingii pag. 399. Tom. I.

4) Est codex 3⁷⁴ chartaceus saeculi fere XV.

vel noni esse Schneiderus (p. 12) mihi satis probat. Sic hoc stemma erit:



ita ut librarii prioris coniecturae, non verae lectiones apparent, ubicumque discrepat codex A a codice D (et V); et haec discrepantia tollitur illis adnotationibus ἰσοσ. — Non dissentit, si recte sciam, mecum Vogelius in praefatione de codicibus pag. XIV, qui magna cum acie demonstravit D quidem archetypum esse, sed non ex eo ipso originem ducere Coislini-
anum.

Altera autem pars Coisliniiani, quae non redit ad codicem notum — nam et codex D continet libros primos (I—V) —, maiore cura scripta maiore digna est fide, quamvis codex ille Patmius eum superare videatur, quem Bergmannus praematura morte studii abreptus contulerat cuiusque specimen¹⁾ in lucem protulerat (libri undecimi capita duodecim priora). Comprehendit autem codex P libros XI—XVI, quos edendos curat Vogelius. Usus quidem est collatione Broeckerus²⁾ in satura Diodorea, ut ita dicam, sed paucis quidem locis lucem affert ex eo codice.

Sed ne aberrare videar ab eo, quod mihi est propositum, paucis verbis attingam editiones, quae praesto mihi erant, quo facto transibo ad coniecturas enumerandas tuendasque, quibus non nihil conferre velim ad librorum Siculi textum emendandum. Quattuor sunt editiones caeque maximae auctoritatis, quibus usus sum. Inter has autem locum tenet primum editio Wesselingii,

1) Jahresbericht über das vereinigte Gymnasium zu Brandenburg Ostern 1866 bis Ostern 1867. Appendix: Diodori Siculi libri XI capita 1—12 e cod. Patm. ed. Ricardus Bergmann(ius) [† 1870]. Collationes illius viri de textu Diodori restituendo optime meriti, qui codicem D denuo adiit, per Teubnerum bibliopolam Friderico Vogelio traditae sunt ad novam editionem curandam. Prior eius pars, qua continentur libri I—IV, prolata est hoc anno (1888).

2) Quaestiones Diodoreae = Untersuchungen über Diodor v. Dr. L. O. Broecker. Gütersloh, Bertelsmann p. 9.

qui primus in praefatione editionis apparatus criticum nobis dedit. Summo iure, ut mihi quidem videtur, illius doctrinam extulit Reiskius in prooemio animadversionum suarum. Merita viri doctissimi non tam in locis vel spuris indagandis vel aegrotis sanandis invenies quam in explicandis et illustrandis Diodori verbis. Admirabilem sollertiam et industriam, eximiam scriptorum veterum peritiam elucere atque exstare ex omnibus adnotationibus, quas larga manu dispersit, grato animo concedo. Praesertim in libris prioribus (I—V) Wesselingius se praebet virum in rebus antiquis habitantem idque singulari doctrina. Quanta enim est, ut exemplum afferam, cognitio religionum Aegyptiacarum, quanta fabularum Graecarum, ut magnam capiat utilitatem quisquis Wesselingii adnotationes evolverit. Idem in editionem recepit versionem Latinam Laurentii Rhodmani, quae minime quidem elegans est, sed haud raro locis obscuris aliquid lucis affert. Index verborum, quem Wesselingii labori atque assiduitati debemus, non omnibus ille quidem numeris est absolutus, sed perpolire copiosoremque reddere operae pretium esse equidem censeo. In tomo altero editionis laudatae rariores inveniuntur explicationes, quoniam libri posteriores non tantam facultatem praebent exponendi et versandi in singulis. Quid multa? Editionem Wesselingianam non modo non superatam sed ne aequatam quidem esse ex eo apparet, quod omnes reliquae editiones si non plane, at certe quidem multis in partibus ea nituntur, quamquam Dindorfius eius laudi saepius obbtrectare studuit. Recte Vogelius (l. c. pag. XXIII) monet fore, quod nos nostrae negligentiae pudeat, si ea, quae post illum ad bibliothecam colendam effecta sunt, comparaverimus Wesselingii editioni. — Unus cogitaverat denuo edere Diodori libros eosque exornare animadversionibus undique allatis collectisque, Augustus Wolfius, sed aliis occupationibus distentus consilium deposuit. Dindorfius, cuius editionibus et maiore (1828) et minore (1866) ego usus sum, pauca ex suo addidit, sed acquievit in repetendis Wesselingii adnotationibus. Negandum autem non est illum multis locis editiones priores librorum mendis admodum inquinatas emendasse et saepe suo ingenio fretum lectiones ineptas et perditas sanavisse, optimeque meritum esse de fragmentis colligendis disponendis illustrandis. Editioni minori ut antecederet G. Heynii commentatio de fontibus et auctoribus historiarum Diodori, curavit, quam quidem vix quid-

quam lucis afferre quaestioni tenebris etiam nunc obrutae Volquardsenus¹⁾ iudicat.

Transibo ad ultimam, quae mihi praesto erat, editionem Immanuelis Bekkeri²⁾. Qua in editione prooemii vicem sustinet locorum emendatorum index. Quanto autem Bekkerus studio doctrinae et ingenii acumine fuerit, e multis elucet; quamobrem valde dolendum est, quod non codices ipsos adiit. Mihi quidem videtur haec editio longe superare Dindorfianam, quippe quae via ac ratione accedat ad sanandas lectiones, cum Dindorfius nonnumquam nimis ac sine iusta causa recedere videatur a codicum fide.

Praeter Bekkerum praecipue Hertlinius³⁾ operam navavit Diodoro, cuius quae exstant, et libros, qui ad nostram aetatem permanserunt fere integri, et fragmenta, per quinque dissertationes ita tractat, ut quo quis magis se in his libellis abdidit, eo magis laudaturus sit virum de textu Diodori optime meritum. Is cum peritissimus esset sermonis Graeci, plerumque perspexit, sicubi mendum aliquod lateret. Non minus autem perite versatus est in Diodori elocutione; quid mirum igitur, si quis eum appellat sospitatore Diodori? Pari acie, sed non eadem orationis Diodorae peritia Madvigius⁴⁾ accessit ad emendandum scriptorem. Ni fallor, vir doctissimus percursavit Diodorum et inter legendum multa correxit, sed haec non eandem usurpare posse auctoritatem atque permulta alia, quae cum cura ac diligentia idem vir acutissimus protulit, quis concedere dubitet? Cobetii lectiones vel coniecturae, quas largissime Diodoro donavit, raro ad perditos locos sanandos valent atque etiam locos reddunt obscuriores.

Praeter hos viros alii alibi studium collocaverunt in Diodoro, quorum coniecturas suo loco, si res secum fert, commemorabo.

His praemissis iam rem ipsam aggredior. Sequens ordinem, quem libri praebent, eis de locis disseram, qui mihi aut coniectura indigere videntur, qua adhuc carent, aut non satis lucide correcti sunt.

1) Untersuchungen über die Quellen der griech. u. sic. Geschichten b. Diod. I. XI—XVI. v. Chr. Aug. Volquardsen, Kiel. 1868. 2 ff.

2) Diodori Sic. bibl. hist. ex. rec. I. Bekkeri Lips. MDCCCLII.

3) Beiträge zur Kritik des Diod. v. F. K. Hertlein. Wertheim a/M. 1864. 65. 66. 71.

4) I. Nic. Madvigius, Adversaria critica ad scriptores Graecos Hauniae MDCCCLXXI. libr. IV. pag. 484. pag. 520.

1. I 3. *Διὸ καὶ ἐρριμένων (ἐρριμένων D A) τῶν τε χρόνων καὶ τῶν πράξεων ἐν πλεοσι πραγματείαις . . . δυσπερλήπτως ἢ τούτων ἀνάληψις γίνεται.* Difficile esse dicit scriptor cognitionem sibi parare rerum gestarum temporumque priorum, utpote quae dispersa sint per complures scriptores. *Ἐρριμένων* minime sententiae loci satisfacere recte monet Hertlinius. Nec praetermittendum est hiatus verbis *καὶ* et *ἐρριμένων* exortum a Diodoro vitari (cf. Kaelkeri dissert. Lips. 1880 p. 308 seq.). Hertlinius *διερριμένων* commendat aut *διερρηγμένων*. Equidem *διερριμένων* antepenam. Exeunte enim capite margini Coisliniani adscriptum est id, quod cum Veneto ei commune est, *διερριμένον*. Constat autem Diodorum in uno eodemque capite saepissime eadem verba usurpare exiguo spatio intermisso¹⁾. Adiuvaré sententiam meam videtur et confirmare, quod legitur apud Polybium (III 57 H.): *Πρωτον μὲν οὐδ' βουλόμενοι παρ' ἕκαστα διασπᾶν τὴν διήγησιν οὐδ' ἀποπλανᾶν ἀπὸ τῆς πραγματικῆς ὑποθέσεως τοὺς φιληκοῦντας, δευτερον δὲ κρινόντες οὐ διερριμένην ποιήσασθαι τὴν περὶ αὐτῶν μνήμην, ἀλλὰ κατ' ἴδαν καὶ τόπον καὶ καιρὸν ἀπονεύσαντες.* *Ῥίπτειν* apud Diodorum nusquam significatione dispergendi instructum invenies (*ἄταφον ῥίπτειν, βέλη ῥίπτειν, πύργους, τεύχη ῥίπτειν, λόγον ῥίπτειν* fr. libri XXXI p. 11, XXIX p. 386 Dind.: *τούτου δὲ τοῦ λόγου ῥιφέντος ὑπόνοια τοῖς ἀκούουσιν εἰσέπεσεν*). Contra invenies

1) Aliquot exempla afferamus. XI 3: *τοὺς τὰ τῶν βαρβάρων ἐλομένους . . . ἐλομένους τὰ τῶν Περσῶν sexaginta fere verbis interpositis.* XI 10: *.. εὐλόγως πολὺν ἐποίει φόνον . . . ζητούντες τὸν Ξέρξην εὐλόγως.* XI 21: *προσελεύθειν ἅμ' ἡμέρα . . . αὐτὸς δὲ ἅμ' ἡμέρα τὴν δύναμιν διατεταχώς.* XI 38: *τὰς τῶν ἐνταφίων σπουδᾶς, serpitem verbis interiectis: τὴν τοῦ δήμου σπουδὴν.* XI 57: *πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ τροφὴν . . . πρὸς διατροφὴν καὶ ἀπόλαυσιν.* XI 61: *ἦκειν μετὰ δυνάμει . . . viginti et duobus verbis interiectis: ἦκειν μετὰ δυνάμει.* XII 2: *ἕως ἐπὶ — ἕως ἐπὶ, eadem in sententia.* XII 73: *ἀπίπλεσε καὶ κατήγευ εἰς Τορύννην . . . κατήγευ τῆς Θράκης ἐπὶ Σιτρομόνα ποταμόν.* XIV 40: *ἀνέκαμψαν εἰς τὴν πατρίδα . . . sedecim fere verbis interpositis: ἀνέκαμψαν εἰς Ῥήγιον.* XIX 72: *ἀδεῶς προσήγετο τὰς πόλεις καὶ τὰ χωρία — ἀδεῶς ἀξιόλογον περιποίησάτο καταγραφέντων . . . ἀδεῶς . . . ἀδεῶς . . . πολιῶματα προσαγόμενοι . . . στρατίας καταγραφάντες . . . ἀξιολόγων . . . περιποίησάτο.* Haec exempla sufficiant ad opinionem meam probandam.

verbum διαρρίπτειν hanc significationem apud scriptorem habere. XIX 37: ἐπιπεσόντα τοῖς διὰ τὴν ἄγνοιαν διερριμμένοις κατὰ κόμας, ib. 39: τοὺς διερριμμένους μετέπεμπο πανταχόθεν, fr. XXII 23: τὰ χρήματα διεύλιαντο, τὰ δὲ ὄσα διέρριψαν, Polyb. II 56: κόμας διερριμμένας, fragm. Phyl. 64 ed. C. Mueller: τὰ λείψανα τοῦ Θεμιστοκλέους διαρρίψαι τοὺς Ἀθηναίους. Non alienum est a nostro loco Diod. XXI 30: οὐ μόνον γὰρ τὸ συνεχὲς τῆς διηγήσεως διὰ τὴν ἀκαιρίαν τῶν ἐπεισαγομένων λόγων διασπᾶσιν. Quae cum ita sint, διερριμμένων legendum erit.

2. ΠΙ 40. οὐδ' οὕτω τῆς τροφῆς (omn. codd.) τυγχάνοντες εἰς μεγάλην ἀπορίαν ἐπιπτονσιν. Dissertit scriptor de naviculis, quibus elephantum vehuntur, et periculis eis imminentibus. Nam eae aut scopulis alliduntur aut repelluntur in palustria. Ut naves leventur onere, omnia nautae abiciunt praeter victum.

Desiderari videtur id quod Wesselingius primus animadvertit, verbum, quo εὐκίνησια 'motus' exprimatur; minime autem τροφή, quod sententiam loci non modo non reddit, sed ineptum est et ex antecedenti sententia in sequentem manavit. Wesselingius, cui Vogelius assentitur, conicit ἀποστροφῆς 'refugium'. Ingeniose sane, sed nomen a Diodoro nusquam usurpatur, quamquam ἀποστρέφειν invenitur: ἀποστραφέντες ἔφυγον εἰς τοῦμπάλιν, ἀπεστραμμένοι σκηναί. Dindorfius scribit σωτηρίας, quod tamen vocabulum semper compendiose scribitur (σᾶς, σιρᾶς, σᾶς) et ob hoc ipsum longius recedit a vocabulo τροφῆς. Equidem pro τροφῆς scribo ἀναστροφῆς (τρέφειν enim et στρέφειν facillime commutantur et praepositiones non raro intercederunt); cf. εὐρυχωρίαν καὶ ἀναστροφῆν παρέχειν τινί. Hoc vocabulum enim non solum moram significat, sed etiam respondet τῇ ἐπιστροφῇ, est 'nova conversio', aut 'conversio in priorem locum statumque'. Polyb. X 21: ἀναστροφῆ καὶ μεταβολή, opp. ἐπιστροφῆ καὶ περισπασμός. Exempla complura afferam. Diod. fr. XXVII 18: . . . καὶ γὰρ τὰ δειλότατα τῶν ζώων ἔχοντα μὲν ἀναστροφῆν φεύγει, συγκλεισθέντα δ' εἰς στενὸν τόπον ἀγωνίζεται. — XVIII 71: οἱ ἐλέφαντες . . . οὔτε προϊέναι πορρώτερον οὔτ' ἀναστρέφειν διὰ τὴν δυσκίνησιαν ἠδύνατο, XVIII 16, XIX 108 et saepius (XX, 5). Apparet his ex locis ἀναστροφῆ idem fere valere atque εὐκίνησια,

id quod ad sententiam quadrat (germanice: Möglichkeit einer freien Bewegung.)

3. ΠΙ 45: μαλακαῖς καὶ δασεῖαις νεφέλαις πολλὰς κατεχομένη. Non facile vox μαλακαῖς cum voce δασεῖαις coniungi potest; immo inter duas voces maximam esse discrepantiam existimes; nam nubes non spissae caedemque molles sunt. Haud scio an scribendum sit μελαίναις. Quae sequuntur, ad confirmandam coniecturam non incommoda sunt: ἐκ δὲ τούτων ἕτεοὶ γίνονται καὶ χειμῶνες εὐκαιροί.

4. V 13. Hic locus corruptus etiam nunc medela caret. Tres viri docti, quod sciam, operam et studium collocarunt in sententia, quam Madvigius iure ridiculam appellat, emendanda: ποιοῦσι σιδήρου πλάσματα παντοδαπά. τούτων δὲ τὰ μὲν εἰς ὀρνέων τύπους χαλκεύουσι, τὰ δὲ πρὸς δικελλῶν καὶ θρεπανῶν καὶ τῶν ἄλλων ἐργαλείων εὐθέτους τύπους φιλοτεχνοῦσιν. Mercatores ad ferrum ex Ilva insula exportandum in alias regiones redigunt id in varias formas et partem in avium speciem fabricantur. Sed quis neget voci ὀρνέων mendum inesse? Igitur Madvigius (l. l. p. 456) hanc lectionem, quam omnes fere editores receperunt, mutavit in ὄγκων τύπους, massarum diversas formas, quae contrariae essent instrumentis iam ad usum paratis, δικέλλαις κτέ. Sed non feliciter mutavit vir doctissimus; nam multo simplicius esset scribere εἰς ὄγκους, quoniam τύπους est supervacaneum. Sed quid est ὄγκος? (cf. Buttman. Lexilog. p. 288: quicquid eminet, amplitudo, moles, hinc onus). Corporis crassitudo Diod. II 36: τοῖς ὄγκοις τῶν σωμάτων ὑπερφέροντας, corporis granditas II 51: ἐλέφαντες τοῖς ὄγκοις ὑπερβάλλουσιν. Eadem significatio ΠΙ 21, ΠΙΙ 35. 36. 47. 51, IV 38, XVIII 42: τῶν κατὰ τὸν ὄγκον μελῶν, fr. XXXIII 32: τῇ διὰ τὸν ὄγκον ὑπεροχῇ. Saepius usurpatur ὄγκος metaphorice: XVIII 50: πλήρης ἦν ὄγκον καὶ φρονήματος, ibid. 75: μετὰ δὲ ταῦτα ὄρων αὐτὸν ὄγκον πλήρη καὶ πεφρονηματισμένον, XIX 24: ὄγκον καὶ πρόσχημα. Ex his locis omnibus mihi quidem patere videtur vocem ὄγκον apud scriptorem ea significatione carere, quam habere existimat Madvigius quaeque eo loco, quem tractamus, desideratur. Nec minus coniunctio verborum ὄγκος et τύπος suspecta est; minime enim, ut Madvigius opinari videtur, τύπος a scriptore adhibetur ad solum sermonis ornatum. τύπος est forma, imago imprimendo expressa, figura; ΠΙ 3: τὸν τοῦ σκήπτρου τύπον ἀστρεοειδῆ, ΠΙ 50: ἀπαράλλακτον κατὰ τὸν τύπον καὶ

τὸ χρῶμα. Saepissime legimus οἱ τῶν γραμμάτων, τῶν ζώων τύποι, XX 71: κλίην ἀνθρωπίνου σώματος τύπον ἔχουσαν, alia. Quoniam igitur Madvigii coniectura probari non potest, ut mihi quidem videtur, circumspectanda est alia loci emendatio. Eam praebere videtur Doehnerus¹⁾, qui pro δρνέων scribit ὕνεων. Haud spernenda est haec immutatio, neque negandum est vomeres diversi ponderis confectos esse, sed mihi τὰ μὲν, τὰ δὲ impedire videntur lectionem recipere. Ferri partem ad vomeres excudendos, partem ad bidentes et falces et reliqua agricolae usui inservientia adhiberi scriptor certe dicere noluit²⁾. Wurmius, qui Germanice reddidit Diodori scripta, conicit τόνων, Germanice: Drechseleisen. Sed de ea quoque coniectura idem fere mihi iudicandum est, quod de aliis; non sanat locum depravatam. Nam stulte dicuntur mercatores e ferro fabricari tornos. Equidem existimans in δρνέων vocabulum esse abditum, quod responderet utensilibus rusticis, scribo εἰς ὄπλων τύπους: artifices a mercatoribus convocati diversas ferro formas dant, cuius parte utuntur ad arma fabricanda. Bene conveniunt cum instrumentis pacis bellica arma, I 79: ἅ τινες ὄπλα μὲν καὶ ἄροτρον καὶ ἄλλα τῶν ἀναγκασιότατων ἐκόλυσαν ἐνέχυρα λαμβάνεσθαι.

5. XI 11: Χρῆ γὰρ οὐκ ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων κρῖναι τοὺς ἀγαθοὺς ἀνδρας, ἀλλὰ ἐκ τῆς προαιρέσεως. τοῦ μὲν γὰρ ἡ τύχη κυρία, τοῦ δὲ ἡ προαίρεσις δοκιμάζεται. Verbum προαίρεσις altero loco, quamquam omnes editiones secundum codices exhibent, mihi est suspectum. Diodorus dicit clade apud Thermopylas accepta Lacedaemonios maiore gloria florere quam alios victoria quamvis magna. Nam non e successu viri fortes sunt iudicandi, ut qui non penes eos sit, sed e ratione ac consilio, etiamsi haec non ad felicem perducta sint eventum, quoniam haec sunt nostra nostrumque animum demonstrant. Qualiscunque igitur est eventus, fortitudo semper erit praedicanda. Hanc interpretationem confirmant antecedentia: τοῖς

1) Theodorus Doehnerus scripsit libellum, quem rector et collegae gymnasii Plaviensis dedicaverunt Ewaldo Beiero 1874; cf. ib. pag. 13. (satura critica.)

2) Vocabulum ὕνεις apud Diodorum frustra quaeres: et in eo reprehendendus est Doehnerus, quod elocutionem scriptoris parum diligenter observavit ingenique sui ludicra saepius lectoribus offert aut omnino non exemplis comprobata aut exemplis e scriptoribus ecclesiasticis repetitis.

μὲν σώμασι κατεπονήθησαν, ταῖς δὲ ψυχαῖς οὐχ ἠτήθησαν. Sed verbum iterum usurpatum 'προαίρεσις' hoc minime exprimere posse quis neget? Nisi forte vocem suspectam duplici significatione esse indutam censes. Sed haec nusquam invenitur; omnibus locis προαίρεσις est „ratio, consilium,“ eventui (ἀποτελέσματι) oppositum; cf. XVIII 23. 56, XIX 6. 12. 15. 25, XX 79 c. s. Conferatur Polyb. II 39 sequ.: τότε μὲν οἶν ψιλῶς αὐτὰ τὰ κατὰ τὴν προαίρεσιν ὑπῆρχε παρ' αὐτοῖς, ἀποτελεσμα δ' οὐκ. . . ἐγένετο. Quae cum ita sint, προαίρεσις, quod vocabulum oscitantia scribarum ex antecedente haud dubie ortum est, utique mutanda fortiusque remedium adhibendum est; conicio τὸ πρακτικόν; XIII 42: θεωροῦντες γὰρ αὐτοῦ (sc. τοῦ Ἀλκιβιάδου) τὸ πρακτικὸν τῆς τόλμης, eius in rebus strenue gerendis audacia. Polyb. V 18, 7: ὁ γὰρ Φίλιππος τολμηρότερον καὶ πρακτικώτερον ἢ κατὰ τὴν ἡλικίαν χρώμενος ταῖς ἐπιβολαῖς, maiore audacia et sollertia. Ex Diodoro autem ad meam coniecturam confirmandam hic locus repetatur: fragm. libr. XXVI 24: διόπερ χρῆ τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρός (τοὺς ἀγαθοὺς ἀνδρας) ἐξετάζειν οὐκ ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐπιβολῆς καὶ τόλμης: τούτων μὲν γὰρ συμβαίνει τοὺς πράττοντας εἶναι κυρίους, ἐκείνων δὲ τὴν τύχην ἔχειν ἐξουσίαν.

6. XI 13. Supra legimus: ὥστε δοκεῖν τὸ θεῖον ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν Ἑλλήνων, Graecos adiuvare, iis succurrere. Madvigius (l. l. IV487) pro τῶν Ἑλλήνων scribit τῶν Ἑλληνικῶν, quod de persona longe aliter dicatur. Non dubium, quin vir doctissimus erraverit, quamquam ἀντιλαμβάνεσθαι saepius cum re coniunctum videbis, XIX 9: ἀ. τῆς ἡγεμονίας, XIX 55 ἀ. τῶν πραγμάτων. Praesto enim mihi sunt exempla, quibus Diodori elocutionem confirmem. Ex novo testamento duos locos afferro, Luc. I 54: ἀντελάβετο δὲ Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ et Act. XX 35: πάντα ὑπέδειξα ὑμῖν, ὅτι οὕτως κοπιῶντας δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων. Similes locos inveni apud Dionem Cassium: XL 27: Κὰν τούτῳ ἀντιλαμβανομένων αὐτοῦ (sc. Κράσσου) τῶν Ῥωμαίων ἦλθον ἐς τε χεῖράς σφισι. XLVI 45: ὁμοθυμαδὸν αὐτῶν πάντες οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ τότε ὄντες ἀντελαμβάνοντο, ὥσπερ πον φιλοῦσιν οἱ πολλοί. Eandem fere vim habet atque ἀντέχεσθαι. Quae cum ita sint, Madvigii coniectura necessaria esse non videtur.

7. XI 21. . . . τὰς πύλας διὰ τὴν καταφρόνησιν ἐξο-
κοδόμησε καὶ ἄλλας προσκατεσκεύασε, δι' ὧν ἦν εὐχρηστός τε
πρὸς τὰς κατεπειγούσας χρείας καθόλου δὲ κτέ. Asterisco hunc
locum notandum esse demonstrat Dindorfius, cui assentitur I. Bek-
kerus (codices praebent: εὐχρηστός τε). Corruptum esse locum
omnes fere affirmant, dissentiunt autem, quo modo ei medela af-
feratur. Rhodomannus legit δι' ὧν εὐχρηστον ἰέναι, 'per
quas ire commodum erat'. Mihi coniunctio verbi ἰέναι cum se-
quentibus πρὸς τὰς κατεπειγούσας χρείας minus apta esse vi-
detur, quamquam legimus fr. XXIII 33: τοῦ δὲ Θερωῶν πν-
λωροῦ περὶ τὰ ἐξω γενομένου εἰς ἀναγκαίας χρείας. Εὐ-
χρηστος autem minime idem valet atque 'idoneus, commodus';
cf. Diod. V 40: τὴν δὲ σάλπιγγα λεγομένην ἐξευρον, εὐχρη-
στοτάτην μὲν εἰς τοὺς πολέμους, tubam utilissimam ad
bellum, IV 77: εὐχρηστον εὐρηκέναι μέγα πρὸς τὴν
τεκτονικὴν τέχνην, quod valde expedit, opp. ἀχρηστος
(ἀ. ἐγένετο πρὸς τὴν μάχην); XVIII 42: πρὸς χρεῖαν ἀχρη-
στος. Mutandum esset, si assentiremur Rhodomanno, δι' ὧν
in αἷ ἦσαν εὐχρηστοί. Aliam viam, qua locus sanetur,
Wesselingius ostendit, qui in verbo καθόλου, quod sequitur,
mendum inesse existimat. Scribit: δι' ὧν ἦν εὐχρηστος πρὸς
τὰς κατεπειγούσας χρείας κάθοδος εἰς τὴν χώραν καὶ ἐπά-
νοδος εἰς τὴν πόλιν. At abhorret εὐχρηστος κάθοδος a
lingua Graeca, certe quidem a sermone Diodoreo. Idem iudico
de Dindorfii coniectura, δι' ὧν εὐχρηστόν τι, quae nititur
loco, de quo supra dixi, IV 77. Εὐχρηστόν τι ἦν πρὸς τὰς κατε-
πειγούσας χρείας vix intellegi potest; nam quid τι valeat, quid
εὐχρηστον πρὸς τὰς χρείας, nescio. Madvigius, ne hunc praeter-
mittam, scribit δι' ὧν ἦν εὐχρηστεισθαι πρὸς τὰς κατε-
πειγούσας χρείας, per quas facile pervenire poterant
ad comaeum, aut: per quas commoda percipienda erant (coll. V
12), sed quo modo intellegitur πρὸς τὰς χρείας?

Ipse locum sic restituendum censeo: δι' ὧν εὐχερῶς ἦν
πορῖζειν τὰς ἐπειγούσας χρείας, comaeum necessarium.
I 36: τοῦ γὰρ ὕδατος πραέως φερομένου ἄρδίας ἀποτρέπουσιν
αὐτὸν μικροῖς χώμασι καὶ πάλιν ἐπάγουσιν εὐχερῶς
ταῦτα διαροῦντες, ὅταν δόξη συμφέρειν, XI 43: ὅπως ὄχλος
πολὺς πανταχόθεν εἰς τὴν πόλιν κατέλθῃ καὶ πλείους τέχνας
κατασκευάσωσιν εὐχερῶς. Latine: per quas portas id, quod
maxime necessarium erat, facile apportari posset.

8. XI 22: πολλοῦ δὲ γενομένου φόνου καὶ τῆς μάχης τα-
λαντευομένης . . . οἱ μὲν Ἕλληνες ἐθάρρησαν καὶ ταῖς φωναῖς
(καὶ) ταῖς ἐλπίσι τῆς νίκης ἐπαρθέντες τοῖς φρονήμασιν
ἐπέκειντο θρασύτερον τοῖς βαρβάροις. Verba, quae codices
omnes praebent, non conexa inter se esse nemo neget. Quaeri-
tur igitur, ubi lateat mendum. Wesselingius inter φωναῖς et
ταῖς ἐλπίσι inserit καὶ et vertit ταῖς φωναῖς ἐπαρθέντες 'in-
tentius vociferari', quasi legeretur: τὰς φωνὰς ἐπάραντες.
Hanc autem mutationem ad loci rationem non sufficere certum
est, nam verba „ταῖς φωναῖς ἐπαρθέντες“ significant: nuntiis
de caede ducis allatis (τινῶν ἀπαγγελιάντων τὸν
τοῦ στρατηγοῦ φόνον) elati, ad virtutem inflammati. Et quo
pertinet 'τοῖς φρονήμασιν'? I. Bekkerus quoque offenditur illis
verbis, quam ob rem ταῖς φωναῖς et τοῖς φρονήμασιν eiectis scri-
bit οἱ μὲν Ἕλληνες ἐθάρρησαν, καὶ ταῖς ἐλπίσι τῆς νίκης
ἐπαρθέντες ἐπέκειντο θρασύτερον τοῖς βαρβάροις. Madvigius
legit: καὶ ταῖς φανελαῖς ἐλπίσι τῆς νίκης. Equidem hand
dubito quin desideretur verbum copiosius, quam ob rem scribam:
ἐθάρρησαν ταῖς ἐμφανεστάταις ἐλπίσι τῆς νίκης καὶ ἐπαρ-
θέντες τοῖς φρονήμασιν ἐπέκειντο κτέ. (φωναῖς ex praecedente
verbo φόνον ortum esse puto). Ἐμφανεστάται ἐλπίδες sunt spes
maxime conspicuae, quae erant et in navium incendio et in
morte ducis hostium!). Coniunctio verbi ἐθάρρησαν cum voce
ἐλπίσιν non raro invenitur velut XVI 85: ὁ δὲ δῆμος διπλα-
σιάσας τὴν προὔπαρχονσαν δῖναμιν ἀνεθάρρησε ταῖς ἐλπίσιν.

9. XI 26. Iam transeamus ad locum desperatum, quam-
quam nemo nisi Madvigius sanationem ei afferre studuit: ἐπε-
βάλετο δ' ὕστερον καὶ κατὰ τὴν Αἴτναν κατασκευάζειν νεῶν
Ἀμήτηρος ἐννηῶς (?) δὲ οὔσης. τοῦτον μὲν οὐ συνετέλεσε, με-
σολαβηθεὶς τὸν βλον ὑπὸ τῆς πεπραωμένης. In ἐννηῶς quidam
existimabant latere cognomen Cereris — Α. Ἐννησιαίας
ductum a cognomine, quod inditum erat urbi Aetnae XI 76:
πρὸ τούτων καλουμένην Ἐννησίαν. Sed hoc urbis cognomen
depravatam est ex Ἰνθησαν. At ne hoc quidem — Ἰνθησαίας
enim scribit Wesselingius — sufficit; nonne enim ineptum est deam
cognominare e sacello nondum et numquam absoluto? Madvigius

1) Ad coniecturam meam confirmandam forsitan paulum conferat
locus, quem invenimus apud Polybium VIII 37: πρὸς τὴν ἀνάβασιν καὶ
τὸν ἐπιφανέστατον καὶ πρώτον κίνδυνον.

scribit ὡς Ἐννης ἐνδεοῦς οὔσης, splendidiorem Deae sedem quaesitam esse urbe exigua. Sed de hoc nihil apud scriptorem inveni, immo appellat urbem opimam, divitiis abundantem. Ego scribo: Ἐπιοίαν δὲ ταύτην οὐ συνετέλεσε, hoc consilium non ad finem perduxit morte abreptus; ἐπιοία saepissime a scriptore usurpatur.

10. XI 29. συναχθέντων δὲ τῶν Ἑλλήνων εἰς τὸν Ἰσθμὸν ἐδόκει [τοῖς πᾶσι Dind.] [cod. A μένοντα] ὄρον ὁμόσασθαι (Coisl.; Dind. ὁμόσαι) περὶ τοῦ πολέμου τὸν στέρξοντα μὲν τὴν ὁμόνοιαν αὐτῶν, ἀναγκάσοντα δὲ γενναίως τοὺς κινδύνους ὑπομένειν. Sententia huius loci est aperta. Iure iurando inter se obstrictos tenent Graeci, quo concordia confirmetur. Sed verbum στέρξοντα hoc declarare non posse non minus est apertum, quamquam Wesselingius in hoc verbo acquiescit comparans τὴν τύχην στέργειν et στέργειν τὰ παρόντα. Sed qua de causa vir sermonis Graeci peritissimus hoc attulerit, nescio. Nam στέργειν τὰ παρόντα idem esse atque perferre aequo animo condicionem praesentem quis nesciat? quid autem hoc ad locum, de quo quaerimus? Apud Diodorum, ubicunque στέργειν aut — id quod saepius fit — στέργεσθαι invenies, hoc verbum significat 'colere, amare, revereri'; V 3: διὰ δὲ τὰς μετ' ἀλλήλων διατριβὰς τε καὶ ἑμιλλὰς ἀπάσας (sc. τὰς θεάς) στέργει τὴν νῆσον ταύτην μάλιστα, XVII 114: ἐπεὶ γὰρ τις τῶν ἑταίρων εἶπε μηδὲν καταδέεσθαι Ἡφαιστίανος τὸν Κράτερον στέργεσθαι κτλ. στέξοντα legunt et Dindorfius et Bekkerus secuti Rhodomanni auctoritatem. Sed quid sibi vult verbum στέγειν? Non tam fulcire aut stabilire (Germanice: aufrecht erhalten, sichern) significat quam sustinere aut sufferre (aushalten). At non hoc, sed illud desideratur hoc loco; cf. Diod. III 34: διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ ψύχους πῆγνυνται οἱ μέγιστοι ποταμοὶ στέγοντος τοῦ κρυστάλλου διαβάσεις στρατοπέδων καὶ ἀμαξῶν ἐφόδους, XI 32: τὴν ὄρμην καὶ βίαν τῶν Ἑλλήνων ἔστειγεν οὔτε τὸ κατεσκευασμένον τείχος οὔτε τὸ πλήθος τῶν ἀνθρώπων, Polyb. III 53: οὔτοι γὰρ ἔστειξαν τὴν ἐπιφορὰν τῶν βορβάρων, XVIII 8: στέγειν τὴν ἐπιβολὴν τῶν γαλάγγων. Quae cum ita sint, verbum est reiiciendum.

Doehnerus (l. l. p. 20) refutat et lectionem στέρξοντα et coniecturam στέξοντα, sed mirum, quod suadet, ut pro illis θήξοντα accipiatur, qua lectione opinatur omni quo prematur incommodo locum liberatum iri. At θήγειν est a c u e r e arma falces

vomeres similia, minime autem concordiam! Certe metaphorice usurpatur, velut a Xenophonte Cyrop. II 1, 11: δεῖ τῶν ἀνδρῶν θ. πάντως τὸ φρόνημα, τὰς ψυχὰς εἰς τὰ πολεμικά, sed 'inflammare aut incitare concordiam' ineptissime dicitur. Madvigio (l. l. IV 488) placet συνέξοντα, haud improbabiler, ut videtur; XVII 30: συνεβούλευε (sc. Χαρίδημος) τῷ Λαρεῖω αὐτὸν τὸ βάρος καὶ τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχὴν συνέχειν; XIX 26: σ. τὴν δύναμιν ἐν τοῖς ὅπλοις, fr. XXXII 28: ἐναντία πάθῃ συνέχει τὰς ψυχὰς, fr. XXVII 18: ἡ ἐγνωμοσύνη βεβαίως συνέξει τὰς ἡγεμονίας. Polyb. VI 56: τοῦτο συνέχει τὰ Ῥωμαίων πράγματα; ibid. τοῖς ἀδύλοις φόβοις τὰ πλήθῃ συνέχειν etc. Sed equidem praefero coniecturam, quae minus recedit a codicum lectione, eademque de causa repello, quod Wurmius commendat: στηρίζοντα, quod verbum ob id ipsum est reiiciendum, quod vi translata nusquam apud Diodorum invenitur¹⁾. Scribi igitur velim στερεώσοντα; cf. XV 57: τὰς μὲν (sc. τῶν πόλεων) προσηγάγετο, τὰς δὲ διὰ τῆς βίας ἐχειρώσατο. ταχὺ δὲ τῆς δυναστείας αὐτοῦ στερεομένης κτέ, XVIII 23: τῶν κατ' αὐτὸν πραγμάτων βεβαίως ἔστειρωμένον.

11. XII 3. ἢν Μεγάβυζος ἐστρατοπεδευκὼς μετὰ τῆς πεζῆς δυνάμεως. Sic rectissime scribit Dindorfius pro codicum lectione περσικῆς; nam verbis antecedentibus, quibus de copiis navalibus disseritur, sunt haec verba opposita. Addo commutationem verborum περσικῆς et πεζικῆς saepius in libris deprehendi; cf. XI, 16: τὸ περσικὸν στρατόπεδον τῶν Ἑλλήνων (!).

12. XII 17. ἐν παντὶ τῷ μετὰ ταῦτα χρόνῳ παρὰ τοῖς Θουροῖς τρεῖς οἱ πάντες εἰσηγοῦνται διορθωθῆναι ἐπὶ τὴν ὑπὲρ τῆς διορθώσεως συμβούλιαν παραγενέσθαι. Hunc locum esse depravatam editores fere omnes recentiores concedunt, Wesselingius autem mirum in modum Rhodomanno assentiens verbum διορθωθῆναι non omittit, vertit autem Latine: Tres omnino ad suadendum (!) abrogationem legum quarundam necessariis impulsis causis in medium processisse (?) memorantur (εἰσηγοῦνται). Sed supervacaneum est disputare de hac versione; ut alia omittam, εἰσηγεῖσθαι minime vim habet passivam. Bekkerus et Dindorfius delent διορθω-

1) Saepius apud scriptores novi testamenti; cf. Grimm. Lex. Nov. Test. s. v.

θῆναι et scribunt εἰσηγοῦνται — παραγενέσθαι, non recte, ut mihi videtur. Nam unde pendeat infinitivus παραγενέσθαι, minime apparet; εἰσηγεῖσθαι idem valet ac legem ferre aut ferre ad . . . (in Vorschlag bringen); supplendum igitur esset, si his obsequeremur, verbum ἱστορεῖσθαι aut simile, ex quo suspensus esset infinitivus: 'et narrantur in medium processisse ad /—. Reiskius legi vult εἰσηγηται (διορθώσεως), optime, nam verbum εἰσηγητής saepius a scriptore usurpatur (ἐ. καὶ διδάσκαλος τῆς δημοκρατίας, ἐ. καὶ σύμβουλος). Verbum sequens διορθοῦσθαι depravatam videtur ex male intellecto compendio genetivi διορθώσεως; item παραγενέσθαι ex παρεγενήθησαν; itaque scribo: εἰσηγηται διορθώσεως²⁾ . . . ἐπὶ τὴν ὑπὲρ τῆς διορθώσεως²⁾ συμβουλίαν παρεγενήθησαν³⁾.

13. XII 24. τοῦ δὲ συκοφάντου φήσαντος ἰδίαν αὐτοῦ εἶναι δοῦλην καὶ πρὸς τὸν ἄρχοντα καταστήσαντος δουλαγωγεῖν κτῆ. Ne unus quidem editor aut illud verbum καταστήσαντος aut hoc δουλαγωγεῖν esse depravatam intellexit, et tamen verba aegre defendi possunt, nam Rhodomanni interpretatio . . . 'se virgine ad tribunal decemviri pertracta vindicias secundum servitutem petere' reddit quidem loci sententiam, verba autem graeca non exprimit. Hertlinius (l. I. II, 1 p. 9) scribit pro καταστήσαντος: κατατείναντος (indem er darauf bestand). Non equidem inveni hanc verbi significationem apud Diodorum, sed κατατείνειν ὄλην τὴν ῥώμην (alias: ἐπιτείνειν) εἰς τι. Ego conicio: φήσαντος. . . δοῦλην καὶ πρὸς τὸν ἄρχοντα καταστήσαντος δουλαγωγουμένην. Delator simulavit illam esse mancipium et ad decemvirum induxit eam, quasi in servitutem esset abducta. Non modo verbis in publicum editis sed etiam pronuntiatione apud decemvirum facta (καταστήσαντος δουλαγωγουμένην) ostendit illam esse servam (germanice: er sagte nicht nur, sie sei eine Sklavin, sondern er stellte sie auch vor Gericht dar als eine solche).

14. XII. 38. μετὰ δέ τινα χρόνον ἀνηλωκῶς ἀπ' αὐτῶν ἰδίᾳ

1) Ioann. Iacob Reiske, Animadversiones in Graecos auctores (quibus Madvigius usus est).

2) Verba eadem saepius usurpare parvis intervallis interpositis Diodorum supra demonstravimus.

3) Hanc aoristi formam apud Diodorum iuxta formam ἐγένοντο saepissime inveni; cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 109. Non enim raro usurpat, ut hoc strictim attingam, formas minime usitatas.

πλήθος ἱκανὸν χρημάτων καὶ λόγον ἀπαιτούμενος εἰς ἀρρωστίαν ἐνέπεσεν οὐ δυνάμενος τῶν πεπιστευμένων ἀποδοῦναι τὸν ἀπολογισμὸν. — Vocem ἀρρωστίαν impugnat Hertlinius (l. I. II p. 9), subtilius, ut mihi quidem videtur, quam verius. Concedendum quidem est vocem apud Diodorum alias significare aegritudinem corporis et hoc loco hanc significationem minime esse aptam, nam nusquam neque apud Plutarchum (Alcib. VII squ.) neque apud Thucydidem (I 67) de morbo Periclis quicquam traditum invenies. Sed quamquam non agitur de corporis morbo, tamen coniectura ingeniosa Hertlini: εἰς ἀγωνίαν supervacanea est. Nam ἀρρωστία non solum usurpatur ad corporis, sed etiam ad animi aegritudinem aut, si mavis, aegrimoniam significandam. Pseudodemosth. p. 1459, 26: ἢ ἂν ἡμέρᾳ τῆς λίαν ἀρρωστίας ἀπαλλαγῆτε, ταύτῃ τοῖτους οὐδ' ὄρωντες ἀνέξεσθε. Thuc. III 15: καὶ οἱ μὲν προθύμως ταῦτα ἐπρασσον, οἱ δὲ ἄλλοι . . . ἦσαν καὶ ἀρρωστία τοῦ στρατεύειν. Thuc. VII 47: οἱ δὲ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοὶ ἐν τοῦτῳ ἐβουλευόντο πρὸς τε τὴν γεγενημένην ξυμφορὰν καὶ πρὸς τὴν παροῦσαν ἐν τῷ στρατοπέδῳ κατὰ πάντα ἀρρωστίαν. Quae cum ita sint, servandum est vocabulum ἀρρωστία.

15. XII 42. ὁ μὲν Περικλῆς ἀποδοχῆς ἐτίγχανε παρὰ τοῖς πολλοῖς, ὡς δυνάμενος στρατηγεῖν καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους καταπολεμεῖν (Coisl. διαπολεμεῖν). Inesse videntur in verbis στρατηγεῖν usque ad καταπολεμεῖν menda, quamvis a nullo editore sint animadversa. Imprimis verbum στρατηγεῖν suspectum est, nam ars imperatoria et virtus bellica Periclis (δυνάμενος στρατηγεῖν) saepius et magis erant spectatae, quam ut tum demum perspicerentur et laude dignum redderent Periclem (cf. XII 7, ubi victoria Periclis de Euboeicis reportata narratur, ibid. c. 17 et 18, ubi Periclem scriptor tradit Samum insulam sub Atheniensium potestatem redegisse). Immo hoc eximia laude ab omnibus efferendum erat, quod a Lacedaemoniis victoriam reportaverat. Itaque legendum mihi videtur ὡς δυνάμενος καταστρατηγεῖν καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους (cf. XI 43: ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς . . . πάλιν ἐπενόησε καταστρατηγεῖν τοὺς Λακεδαιμονίους) καὶ διαπολεμεῖν, quippe qui posset etiam Lacedaemonios astutia (στρατηγήματι) vincere et bellum conficere. Quod Lacedaemonios superaverat, idoneus esse existimatus est ad bel-

lum conficiendum (διαπολεμῆν). De dolo autem, quo ille contra Lacedaemonios usus erat, Diodorus narrat antecedentibus verbis.

16. XII 51. Σιτάλης πυθόμενος τοὺς Ἕλληνας . . δυνάμεις συνηθροικῆναι καὶ τοὺς στρατιώτας ὑπὸ τοῦ χειμῶνος ἐνοχλουμένους. Recte monet Hertlinius¹⁾ ad verbum ἐνοχλουμένους minime quadrare πυθόμενος, hanc ob rem lacunam esse statuendam. Sed vereor, ne non recte eam expleverit scribens ὄρων. Nam Doehnerus (l. l. p. 13. sq.) summo iure dicit neutiquam ita vitii apparere originem. Sed multo minus eiusdem sententia placet scribentis ἐνοχλουμένους διανοούμενος; nam διανοεῖσθαι non tam 'videre', 'aspectu percipere' quam 'agitare, consilium capere aliquid facere' significat. Praeferendum erit id vocabulum, quod similiter atque ἐνοχλουμένους sonans librariorum socordia omisit: ἐννοούμενος; Sitalees cum audivisset Graecos magnas coegisse copias et secum reputaret suos magnis in angustiis esse, pacem cum Perdicca fecit.

17. XII 76. τοῖς τε συμμάχοις ἐπιεικότερον προσεφέροντο καὶ ταῖς φιλανθρωπίαις τοὺς ἀλλοτριοφρονοῦντας (codd. ἀλλοτριοῦντας) αὐτῶν ἐθεράπευον. Iam Rhodomannus lectione ἀλλοτριοῦντας offensus scripsit ἀλλοτριωθέντας. Wesselingius autem repudiata coniectura, quippe quae non codicum auctoritate niteretur, existimat pronomen reflexivum ἑαυτοῦς esse supplendum. Male, nam nusquam haec ellipsis pronominis apud verbum ἀλλοτριῶν invenitur. Dindorfius scribit: ἀλλοτριοφρονοῦντας, quod vocabulum Diodorus usurpat XVII 4: ἡ ὀξύτης τοῦ νεανίσκου καὶ ἡ ἐνέργεια τοὺς ἀλλοτριοφρονοῦντας μεγάλως ἐξέπληττεν et saepius. Nos τοὺς ἀλλοτριοῦντας corruptum arbitramur ex τοὺς ἀλλοτρίους ὄντας; sunt ii, qui hostiles erant; cf. XVII 80: ἐπιλεξάμενος ἐκ τῶν Μακεδόνων τοὺς ἀλλοτρίους κατ' αὐτοῦ προειμένους φωνὰς, hostiliter vociferantes, XVIII 75: κρήνας αὐτῶν (sc. Nicanorem) ἀλλότρια φρονεῖν. Polyb. XXVIII 4: καλῶς εἰδὼς ἀλλότριον ὄντα αὐτὸν Ῥωμαίων. — ἡ ἀλλότρια γῆ opp. ἡ οἰκία usurpatur pro πολεμῖα (cf. Xen. Anab. III 5, 5: ἀ . . διεπράττοντο, μὴ κἀκεῖν τὴν βασιλέως χώραν, νῦν αὐτοὶ κατοῦσιν ὡς ἀλλότριαν, wie Feindesland). Praecipue conferatur Diod. XX 4: πρόδηλον γὰρ ἦν, ὡς οἱ μένοντες ἐν ταῖς Συρακοῦσιν, κἂν ἀλλοτριώτατοι τυγχάνωσι πρὸς τὸν δυνάστην, οὐδὲν ἂν πράξειαν ἄτοπον.

1) Neue Beiträge zur Kritik des Diodor, Wertheim 1871 p. 14.

18. XIII 27. ἧς (sc. τῆς τύχης) τὴν ἐλευθερίαν ἀνθρωπίνως ἡμᾶς ὑπενεγκεῖν προσήκει καὶ μὴ βάρβαρον ὀμότητα πρὸς ὁμοεθνεῖς ἀνθρώπους ἐνδεξασθαι. Quid est ἡ ἐλευθερία τῆς τύχης? Desideratur hoc loco vocabulum, quo exprimitur favor, benevolentia fortunae. Madvigius (l. l. p. 493) primus mendum animadvertit, sed non sustulit conciens εὐημερίαν; hoc enim vocabulum minime coniungi potest cum genetivo τύχης, quippe quod nusquam sic coniungatur. Quod ut demonstrarem, afferam nonnullos locos. Diod. XV 22: τηλικαύτης εὐημερίας γενομένης, XVII 11: ἡ ἐν Λεύκτροις εὐημερία, XVIII 17: διὰ τὰς προσγεγενημένας εὐημερίας, XVIII 37: τὸ μέγεθος τῆς εὐημερίας, fr. XXIII 20: ἐν ταῖς εὐημερίαις καὶ εὐπραξίαις et saepius. Quod cum ita sit, Madvigii coniectura vix defendi potest. Doehnerus (l. l. p. 21) legit: εὐετηρίαν, ad quam coniecturam nobis probandam locum praebet ex Plutarchi mor. p. 824 c: ὄρα γὰρ, ὅτι τῶν μεγίστων ἀγαθῶν ταῖς πόλεσιν, εὐρήνης, ἐλευθερίας, εὐετηρίας, εὐανδρίας, ὁμονομίας, πρὸς μὲν εὐρήνην οὐδὲν οἱ δῆμοι τῶν πολιτικῶν ἐν γε τῇ παρόντι δέονται. Sed multo minus haec coniectura expedit quam Madvigi. Nam quid est εὐετηρία? „Ubertas fructuum“ (germanice: ein gutes Jahr). Minime autem vocabulum vim habet translata. Ipse legendum puto: ἧς τὴν εὐροίαν ἀνθρωπίνως ἡμᾶς ὑπενεγκεῖν προσήκει. cf. II 45: ἀξιομένης δὲ τῆς περὶ αὐτὴν (sc. βασίλισσαν) ἀρετῆς τε καὶ δόξης συνεχῶς ἐπὶ τὰ πλησιόχωρα τῶν ἐθνῶν στρατεύειν καὶ τῆς τύχης εὐροσύνης φρονήματος ἐμπέπλασθαι, XX 33: οὐ μὴν ἡ τύχη γε εἴασε τὴν εὐροίαν μένειν ἐπὶ τῆς αὐτῆς τάξεως, XI 69: ὄρων αὐτῶ τὴν ἐπιβουλήν εὐροσύσαν. Saepissime Polybius usurpat hoc vocabulum, II 44: ἐγένετό τις εὐροία τῶν πραγμάτων, III 10: λέγω δὲ τὴν εὐροίαν τῶν πραγμάτων, III 15: τὴν γινομένην Καρχηδονίους εὐροίαν, V 14: τῆς περὶ τὴν ἐπιβολὴν εὐροίας.

19. XIII 35. μισοπόνηρος (sc. ὁ Λιοκλῆς) φαίνεται . . πικρότατα πρόστιμα θεῖναι, δίκαιος δ' ἐκ τοῦ περιττώτερον τῶν πρὸ αὐτοῦ κατ' ἀξίαν ἐκάστω τὸ ἐπιτίμιον ὑπάρξει. Quamvis omnes editores vocabulum ὑπάρξει receperint, equidem verbum desidero, quod respondeat verbo antecedenti θεῖναι πρόστιμα et verbo sequenti ἀξιώσαι. Mea quidem sententia Diodorus non ὑπάρξει sed τάξει scripsit. I 78: κατὰ τῶν τὴν τάξιν λιπόντων ἢ τὸ παραγγελθὲν μὴ ποιοῦντων ἔταττε πρόστιμον οὐ θάνατον, ἀλλὰ τὴν ἐσχάτην ἀτιμίαν. Polyb.

XII 9: πάντως γὰρ καὶ τοῖς ἀνδραποδισταῖς ἐπιτίμια τετάχθαι παρ' αὐτοῖς.

20. XIII 94. Χρεῖαν γὰρ ἔχειν τὸ μέγεθος τοῦ πολέμου τοιοῦτον στρατηγῶν, δι' οὗ δυνατόν εἶναι εὐπορεῖν τοῖς πράγμασι. Hanc lectionem non rectam esse primus Madvigius (l. I. p. 494) monet, qui εὐροεῖν scribi vult. Εὐπορεῖν est aut 'abundare' aut 'rationem agendi habere' (Mittel und Wege wissen) aut 'affatim praebere', velut εὐπορῆσαι χρημάτων πλῆθος, εὐπόρησεν ἐφόδια καὶ στολὴν βασιλικὴν fr. Diod. ed. M. XXX 16, εὐποροῦσιν ἀποδείξεις, minime autem „bono eventu uti“. Verbum autem, quod Madvigius commendat, invenitur quidem apud scriptorem, sed nusquam cum alio vocabulo coniunctum. Ceterum legendum esset, si Madvigio obsequeremur: εὐροεῖν τὰ πράγματα. Hand scio an scribendum sit: χρεῖαν γὰρ ἔχειν τὸ μέγεθος τοῦ πολέμου τοιοῦτου στρατηγῶν, δι' οἷ δυνατόν εἶναι εὐστοχεῖν τῶν πραγμάτων. Polyb. I 14: δυνατόν εἶναι εὐστοχεῖν τῶν πραγμάτων. Polyb. I 14: τὸς ἐν πράγμασι ἀναστρεφόμενος οὐτ' εὐστοχεῖν ἀεὶ δυνατόν οὐδ' ἀμαρτάνειν συνεχῶς εἰκόσ, XV 10: κατὰ τὰς συμβουλὰς οὕτως εὐστοχεῖν, Diod. II 31: ἐν ἅπασιν τοῖς ὀφθεῖσι δοκοῦσιν εὐστοχημέναι; frg. XXXIII 10. Praecipue ad locum, quem tractamus, quadrant verba Polybii II 45: ἀνδρα δυνάμενον πάσης εὐστοχεῖν περιστάσεως, alias legimus εὐστοχεῖν τῶν καιρῶν, τῶν περιστάσεων. Eligendum censuerunt eum ducem, qui temporibus bene uti sciret (καὶ μὴ περιμένειν, ἄχρῃς ἂν οἱ πολέμοιοι τοῖς τελέχεσιν ἐπιστεῖωσιν).

21. XIV 11. Ἀλκιβιάδην δὲ διὰ τινων αἰσθόμενον τὴν Κύρον προαίρεσιν . . . ἀξιῶσαι δ' αὐτὸν δοῦναι ἀναβάσεως ὁδὸν πρὸς Ἀρταξέρξην. Sic legunt omnes editores; Rhodomannus: 'ut commeatum sibi ad regem traderet.' Sed quid sit ἀναβάσεως ὁδόν? nam ὁδόν idem valere ac 'facultatem' quis dicat? Estne praeferendum: ἀναβάσεως ὁδηγόν? Nam infra legimus οὐ διδόντος δὲ τοῦ Φαρναβάζου τοὺς παραπέμψοντας εἰς τὰ βασίλεια. Verbis ὁδηγός et ὁδηγεῖν saepius Diodorus utitur; XVII 85: τῷ πρεσβύτῃ χρησάμενος ὁδηγῶ, XVII 86: τῷ μὲν ὁδηγήσαντι τὰς ὁμολογημένας δωρεὰς ἀπέδωκεν.

22. XIV 13. εὖρον λόγον γεγραμμένον πολυτελεῶς, ὃν ἐπραγματεύσατο πρὸς τὰ πλήθη; 'sermonem accurate scriptum' vertit Rhodomannus; mihi πολυτελεῶς suspectum est. Certe

quidem Diodorus vocabulum usurpat, sed nusquam hac significatione, quae hoc loco desideratur. Itaque aut φιλοτιμῶς aut ἐπιμελῶς Diodorum scripsisse existimo; φιλοτιμία cura et diligentia est, de adverbii φιλοτιμῶς, quod saepissime a Diodoro adhibetur, vi atque usu cf. I 69: φιλοτιμῶς ἐξητακότες ἐκδησόμεθα, XVIII 20: τὸν λιμένα φιλοτιμῶς ἐτήρει; alias φιλοτιμῶς ἐξετάσαι apud Polyb. V 27 legitur. Ad coniecturam ἐπιμελῶς tuendam cf. Plut. Lys. c. 25: λόγον ἐξεμελέτα. Diodorus saepius usurpare ἐπιμελής et ἐπιμελῶς velut τηροῦντες τὴν τάξιν, οἷς ἦν ἐπιμελής, XX 33: ἐπιμελῶς ἐξετάζειν, vix est quod moneam. Ad sententiam autem confirmandam vide ea, quae dicit Cornelius Nepos (Lys. III. 5.): 'Quam vere de eo foret iudicatum, oratio indicio fuit, quae post mortem in domo eius reperta est... sic scripta, ut deum videretur congruere sententiae?' Valde mihi probaretur, ne hoc omittam, nisi longius a codicum lectione abesset: λόγον γεγραμμένον περὶ τῆς πολιτείας; cf. Ephor. fr. 128 ed. C. Mueller: εὐρόντα δὲ Ἀγησίλαον τὸ βιβλίον, ἐν ᾧ γεγραμμένος ὁ περὶ τῆς πολιτείας λόγος, ὡς κρή . . . ποιῆσθαι τὴν αἴρεσιν sc. τῶν βασιλέων ἐκ τῶν ἀρίστων.

23. XIV 21. Καταπλεύσας εἰς αὐτὴν περὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ ὁ στόλος ὁ τῶν Λακεδαιμονίων ἐξέβησαν καὶ συντυχόντες τῷ Κύρῳ τὴν τῶν Σπαρτιατῶν εἰς αὐτὸν εὐνοίαν ἀπήγγειλαν. Non dubito equidem, quin hic locus sit depravatus quidem, sed facile corrigi possit. Lege κατέπλευσε δ' εἰς αὐτὴν κτέ. καὶ (pro συντυχόντες) οἱ στρατηγοὶντες ἐξέβησαν καὶ τῷ Κύρῳ . . . ἀπήγγειλαν, cf. Xen. Anab. I 4, 3: παρῆν δὲ καὶ Χειρίσοφος Λακεδαιμόνιος ἐπὶ τῶν νεῶν, μετὰπεμπτος ὑπὸ Κύρον, ἑπτακοσίους ἔχων ὀπλίτας, ὧν ἑστρατήγει παρὰ Κύρῳ. Apud Diodorum autem legimus: καὶ τοὺς μετὰ Χειρισόφου πεζοὺς ὀτακοσίους ἐκβιβάσαντες παρέδωκαν. Ὁ στρατηγῶν autem saepius absolute, ut dicunt, usurpatur pro στρατηγός.

24. XIV 21. Infra legimus: ὄρη γὰρ πληστον ἀλλήλων κείται, τὸ μὲν τραχὺ καὶ κρημονὸς ἔχον ἀξιολόγους, ἐπ' αὐτῆς δ' ἄρχεται τῆς ὁδοῦ ἕτερον ὄρος (Coisl. μέρος) σπιλωδέστατον (Coisl. μία δ' ἐστὶ) τῶν περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους, καὶ καλεῖται μὲν Ἄμωτος. Alter ab ipsa via (quae unica per ista loca ducit — μία δ' ἐστὶ) incipit et Libanus (Coisl. λίβανος) vocatur.' Sic Rhodomannus. Ἄλβανος corruptum esse primus Palmerius demonstravit et lectionem, quae nunc in editionibus

est, protulit Wesselingius in Addendis. — Madvigius (l. l. p. 495) scribit *ἠλωδέστατον*. Et recte se haberet illa coniectura, si Libanoni mons in loco laudato posset defendi. In illo enim monte describendo — XIX 58 — legimus: *αὐτὸς δὲ πανταχόθεν ἀθροίσας ἕλωτόμοις καὶ πρίστας, ἔτι δὲ ναπηγὸς κατεκόμιζε τὴν ὕλην ἐπὶ θάλατταν ἐκ τοῦ Λιβάνου, τεμνόντων μὲν αὐτὴν καὶ πρίζοντων ἀνδρῶν ὀκτακισχιλίων . . . πλήρες . . . ἕύλων κεδρίων καὶ κυπαριττίνων*. Sed peccavit haud leviter Diodorus, cum id, quod Libano convenit monti, Amanus tribuit. Amanus enim a Pylis illis *παρεκτείνει παρὰ τὴν Φωνίαν*. Melius *σπιλωδέστατον* Dindorfius scribit in editione maiore, quod Bekkerus recepit. Vocabulum invenitur apud Polybium X 20: *τὰ δὲ λοιπὰ περιέχεται λόφοις, δυνάμην ὄρειοις καὶ τραχέσιν, ἄλλοις δὲ τρισὶ πολλὸ μὲν χθαμαλώτερος, σπιλωδέσει δὲ καὶ δυσβάτοις*. Et Diodorus usurpat substantivum *σπιλάς* III 44: *ὑπὸ δὲ τὰς ὄξας σπιλάδος ὄξετας*. Fortasse legendum, quod ad lectionem codd. propius accedit, *ἕτερον περι* (μέρος Coisl.) *φανέστατον*, montem maxime et undique conspicuum, qui regionibus circumiacentibus imminet et magnum praebet conspectum. Polyb. X 42 si non ad verbum, certe quidem ad sententiam confirmandam multum valet: *ὄρος εὐφυνῶς κείμενον πρὸς τὰς τῶν προειρημένων τόπων περιφάσεις*.

25. XIV 25. *ὡς ἂν περὶ ἡμῶν κακὸν τι βουλευῆται, διὰ τούτων πρὸς αὐτὸν ἀγωνιούμεθα περὶ τῶν ἀγαθῶν τῶν κοινῶν*. Sic omnes editiones. At mendum in τῶν κοινῶν inesse suspicor. Nam ubi sunt bona communia et qualia sunt, postquam Proxenus legatis regis pronuntiavit se suosque perdidisse omnia? — *Nῦν τὰ μὲν ἄλλα σχεδὸν ἀποβεβλήκαμεν*. Respiciens locum Xenophonticum, ad quem se applicasse Diodorus apparet, conicio: *ἀγωνιούμεθα περὶ τῶν ἀγαθῶν τῶν ἐκείνου*. Xenoph. Anab. II 1 12: *ἡμῖν οὐδὲν ἐστὶν ἀγαθὸν ἄλλο εἰ μὴ ὄπλα καὶ ἀρετή — μὴ οὖν οἶον τὰ μόνα ἡμῖν ἀγαθὰ* (haec verba valde contraria sunt illis verbis *τὰ κοινὰ ἀγαθὰ*) *ὄντα ὑμῖν παραδώσειν, ἀλλὰ σὺν τούτοις καὶ περὶ τῶν ὑμετέρων ἀγαθῶν μαχοῦμεθα*.

26. XIV 32. *τούτων δὲ πραττομένων πολλοὶ τῶν φυγάδων συνέρρουσιν πρὸς τοὺς περὶ Θρασύβουλον*. Omnes editores consentiunt hoc loco vitium subesse, sed non recte lacunam sive maiorem sive minorem statuere videntur. Palmerius dicit multa

inter *Θρασύβουλον* et *φανερῶς* deesse; verborum autem, quae desint, sententiam hanc fere esse: quosdam e triginta tyrannis adisse Thrasybulum. Assentiuntur ei et Rhodomannus et Wesselingius, qui sic expleri volunt: *πρὸς δὲν καὶ παρὰ τῶν τριάκοντᾶ τινες ἀπεστάλησαν*. Equidem non tam lacuna quam corruptela locum vitiatum esse censeo. Quam in *φυγάδων* latere mihi valde est persuasum, nam hanc lectionem facillime oriri potuisse et ex antecedentibus verbis *τὰ τῶν φυγάδων φρονεῖν* et ex sequentibus *τὸ συνεσιτῆκὸς φυγαδικὸν κτέ.* nemo negabit. Emendandum igitur puto: *πολλοὶ τῶν δυνατῶν* (Macht-haber). Haec coniectura referenda est ad verba antecedentia: *τῆς τῶν τρισχιλίων πολιτείας*. Ex illorum enim numero legati ad Thrasybulum convenerunt, ut eum invitarent ad dominationem pro Theramene captandam, cuius in locum succederet. Multi autem ex illis tribus milibus a triginta tyrannis erant mandati. Vocabulum *δυνατός* autem hac significatione instructum invenies apud Polybium IX 23: *τὴν ἐναντίαν τῇ φύσει πολλὰκις ἐμφαίνουσι διάθεσιν ἔνιοι τῶν δυνατῶν* (Hultschius: *δυναστῶν*) *πρὸς τοὺς ἐκτός*. Act. XXV 5: *οἳ οὖν ἐν ὁμίῳ (sc. τοῖς Ἰουδαίοις) δυνατοὶ* (proceres Iudaeorum), Thuc. I 89: *ἐν αἷς αὐτοὶ ἐσκήνησαν οἱ δυνατοὶ τῶν Περσῶν*. Ios. bell. ind. I, 12, 42: *ἤγον Ἰουδαίων οἱ δυνατοὶ*. Ceterum *συμβουλευεῖν αὐτῷ* — quae verba sequuntur — mutandum in *συμβουλευέσοντες*, quod respondet alteri participio *διαλεξόμενοι*.

27. XIV 40. *ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς, πρὶν τελέως ἰσχυρὸν γενέσθαι τὴν τύραννον, στρατεύειν ἐπ' αὐτὸν κατὰ τάχος, παρὰ τῶν Ῥηγίων λαβόντας πρὸς τὸν πόλεμον οὐκ ἐλάχιστα καὶ οἱ φυγαδευθέντες τῶν Συρακοσίων ὑπὸ Διονυσίου*. Cum omnes negent haec verba recte se habere, inter se dissentiunt de via, qua ad locum sanandum perveniatur. Rhodomannus post *κατὰ τάχος* scribit: *προσέθεντο δ' αὐτοῖς*; reliqua autem verba incolumia servat: *coniunxerunt cum ipsis, cum a Rheginensibus non parum essent adiuti — λαβόντες pro λαβόντες — exules?* Wesselingius autem textum *luxatum et corruptum*, ut ait, permutatione singulorum verborum sanare vult: *κατὰ τάχος καὶ οἱ φυγαδευθέντες κτέ. παρὰ τῶν Ῥηγίων λαβόντες οὐκ ἐλάχιστα — τότε γὰρ διετέλουν καὶ περὶ τούτων διαλεγόμενοι — ἐδίδασκον* (cod. omnes: *διδάσκοντες*) *ὅτι συνεπιθήσανται*, quae mutatio — libri enim tradunt *συνεπιθήσαν* — con-

iectura haud inepta appellanda est. At hanc immutationem et transpositionem necessariam esse equidem nego et Dindorfius idem existimasse videtur. Ille enim scribit: *παρώρων δ' ἅπαντας*, reliqua autem non mutat: 'omnes incitabant ad bellandum'.

Cum eo consentiens Madvigius conicit: *παρώρων δὲ τῶν Ῥηγίνων τοὺς παρακαλοῦντας*. Ni fallor, haec coniectura verbosior est. Nam vix animum inducas ut credas dixisse Diodorum exules inflammasse Rheginenses, qui alios inflammarent (*παρορμᾶν* et *παρακαλεῖν* non adeo inter se differunt). Dindorfii autem coniectura hanc ob rem aberrare a vero mihi videtur, quod Rheginenses, ut qui ardore pugnandi flagraverint — *ἔθοξεν αὐτοῖς στρατεῦσαι κατὰ τάχος* —, non ab aliis incitandi erant. Ego sic restitui locum velim: *στρατεύειν ἐπ' αὐτὸν κατὰ τάχος, παραχρῆμα δὲ συνεβάλλοντο κτέ*: confestim autem ad bellum multum conferebant. Non tam consilium belli adinwabant exules — si hoc esset, *παρορμᾶν* recte se haberet — quam magnum momentum afferebant ad illud consilium perficiendum, id quod sequentia verba demonstrant.

28. XIV 73. *τῶν δ' ἀνδρῶν ἐκκολυμβόντων διὰ τὸν ἀπὸ τῆς πνιγῆς φόβον*. In manuscriptis legimus *πληγῆς*. Madvigius (l. l. p. 407) ita mutat: *ἀπὸ τῆς φλογός*; Dindorfius et Bekkerus scribunt: *ἀπὸ τῆς πνιγῆς*. — Iam Wesselingius vocabulo *πληγῆς* offensus commendat, quod Madvigius iterum in lucem protulit, *φλογός*; nam *πληγὴν* spectare ad ruinam armamentorum, id quod Rhodomannus suspicatur, vix probari potest; de illa enim ruina mentio antecedentibus verbis non facta est. Wesselingii coniectura nihil habet, quod abhorreat a loci sententia; sed existimem in *πληγῆς* alterum praeterea inesse verbum, quod significet pavorem, *ἐκπληξιν*. Scribam igitur: *διὰ τὴν ἀπὸ τῆς φλογός ἐκπληξιν καὶ φόβον; ἐκπληξιν καὶ δέος* XVII 34, XVII 58: *ἐκπληξιν καὶ φόβον*, quae coniunctio haud ita raro legitur. Lectio autem Dindorfiana, quippe quae sententiam loci vix reddat, a Madvigio iure reicitur.

29. XIV 83. *Ἀγησίλαος μὲν οὖν διὰ Μακεδονίας καὶ Θεσσαλίας πορευθεὶς, ὡς διήλθε τὰ περὶ τὰς Θερμοπύλας στενά, τὴν πορείαν ἐποιεῖτο*. Verba, ut nunc se habent, aut corrupta esse aut manca et mutila nemo negabit, etiamsi legatur secundum codices *στενήν*. Nam quid sit *στενήν πορείαν ποι-*

εἶσθαι, vix intellegi potest. Wesselingius quidem hanc lectionem recepit; sed non iure. Haud scio an pro *στενήν* scribendum sit *εὐτόνον*. Agesilaus postquam peragravit regiones circum Thermopylas iacentes, iter acceleravit; cf. XIV 77: *εὐτόνον τὴν πορείαν ἐπορεύετο* et alias saepissime. Si autem hoc displicet, complura verba excidisse existimem: *ὡς διήλθε τὰ περὶ τὰς Θερμοπύλας στενά, ἦκεν εἰς Κορώνειαν τῆς Βοιωτίας* (cf. c. 84) aut similia.

30. XIV 86. *Ἐν δὲ τῇ Κορίνθῳ τινὲς τῶν ἐπιθνημῶν κρατούντων συστραφέντες ἀγῶνων ὄντων ἐν τῷ θεύτρῳ φόνον ἐποίησαν*. Verba manca esse et orationem hiare negari non potest, nam quid est *ἐπιθνημῶν κρατεῖν*? Versio Rhodomanni: 'cupiditate dominandi omnes superantes' non solum nihil lucis affert loco obscuro, sed etiam novas dubitationes movet. Quanam cupiditate dominandi omnes superantes? Et si bene se haberet interpretatio, nonne scribendum esset *τῇ ἐπιθνημῶν*? Madvigius (p. 497) scribit: *τῶν τῆς δημοκρατίας ἐπιθνημούντων*; nimirum ii, qui contra eos, qui a Laeadaemoniis stabant, se coniuraverant, populi potentiam appetebant. Sed mihi melius esse videtur: *τῶν ἐπικρατούντων τοῦ δήμου*, quae verba in traditis abdita esse concedendum est; nam qui fiebat, ut illi tantam stragem ederent et tot cives ex urbe expellerent, si non erant a plebe adiuti? Hi quia eis erat persuasum homines e plebe sibi esse fidos et suorum consiliorum, quocumque posset modo, adiutores esse, *φόνον ἐποίησαν καὶ στάσεως ἐπλήρωσαν τὴν πόλιν*. *Ἐπικρατεῖν* autem non raro invenitur, I 73: *τῶν πλειστων ἔθνῶν ἐπεκράτησαν*; Polyb. I 20: *τῆς θαλάσσης τῆς Σικελίας ἐπικρατεῖν τοὺς Ῥωμαίους; ἐπικρατεῖν τοῦ δήμου* est 'plebem sibi subiectam habere'. Corinthum in duas quasi partes discissam fuisse docet Xenophon (hist. graec. IV), qui narrat optimum quemque belli Corinthiorum in Laeadaemonios suscepti pertaesum fuisse — *οἱ πλεῖστοι καὶ βέλτιστοι εἰρήνης ἐπεδίμησαν* (c. 4, 1) — ceteris autem a Persis corruptis e re visum fuisse, omnes illos e medio tollere aut ex urbe eicere. Hanc ob rem Madvigi coniectura non praeferenda esse videtur meae, quod non tam de dominatione plebis, quam de interitu optimatum agitur.

31. XIV 107. *τοὺς δὲ Ῥηγίνοὺς ἐπεθύμει τιμωρήσασθαι διὰ τὴν περὶ τῆς οἰκειότητος δίκην*. *δίκην* male se habere

nemo negabit; quis enim in Rhodomanni interpretatione acquiescat 'necessitudinis denegatae causa'?

Non pauca allata sunt alia ab aliis ad locum corruptum emendandum: *λώβη* ab Hertlinio (Tom. II p. 16), *ἕβρις* et *ἀτιμία* a Wurmio, *αἰκία* a Doehnero (l. l. p. 20.) Vocem *αἰκία* non raro invenies: XVII 83: *πᾶσαν ἕβριν καὶ αἰκίαν προσενεγκάμενοι*, XX 30: *δειναῖς αἰκίαις καὶ αὐτῶν χρησάμενα*. Omnes hae coniecturae, quae magis minusve ad codicum lectionem accedunt, per se non improbables sunt, sed quaerendum est, utrum mutanda fuerit scriptura an corrigenda. Hoc equidem faciam scribens *ἀδικίαν*; *ἀδικία* enim non raro eandem vim habet quam *ἀδικημα*, est igitur 'iniquitas in alium'; II 40: *καὶ οὐδείς ἂν πολέμιος περιτυχὼν γεωργῷ ἀδικήσειεν ἄν, ἀλλ' ὡς κοινούς εὐεργέτας ἡγούμενοι πάσης ἀδικίας ἀπέχονται, ἀδικία* hoc loco idem valet atque *ἀδικημα*.

32. XV 6. *ποιήματα γράφειν ὑπεστήσατο καὶ τοὺς ἐν τοῦτοις δόξαν ἔχοντας μετεπέμπετο καὶ προτιμῶν αὐτοὺς συνδιέτριβε καὶ τῶν ποιημάτων ἐπιστάτας καὶ διορθωτὰς εἶχεν*. *Ἐπιστάτας* omnibus editoribus probatum mihi suspicionem movet, quamquam me non fugit verbum simili significatione usurpari XVI 2: *τοῦ Ἐπαμεινώνδου Πυθαγόρειον ἔχοντος φιλόσοφον ἐπιστάτην*. Haud scio an praestet *ἐπικριτὰς*, cf. infra: *ἐπικριτὴν περὶ τῶν ποιημάτων, τίνα χρῆσιν ἔχοι*. Concedendum quidem est illam coniecturam exemplo e Diodori scriptis deprompto confirmari non posse, sed a Polybio illud vocabulum usurpatur XIV 3, 7: *χρόμενος ἐπικριτῆ τῶν λεγομένων καὶ συμβόλῳ Μασσανάσῃ κτλ.* Verbum autem *ἐπικρίνειν* a Diodoro quoque adhibetur XI 75.

33. XV 10. *περὶ δὲ τῶν χρησμῶν ἔφησε μὴ χρηματίζειν τὸν θεὸν καθόλου περὶ τοῦ θανάτου καὶ τοῦτον μάρτυρας παρέχειτο πάντας τοὺς παρόντας Ἑλληνας*. Quamquam Wesselingius lectionem *θανάτου*, quam minime respondere criminibus contra Tiribazum ab Oronta confictis apparet (c. VIII), defendere studet, Madvigius (l. l. p. 499) eam impugnat, recte quidem, nam non de morte regis, sed de seditione et de defectione ab illo oraculum adisse Tiribazus arguitur (*περὶ ἐπαναστάσεως*). Sed quod Madvigius ingeniose scribit *τοῖς ὑπερβαλαττίοις*, num hoc vere se habet? Nonne Croesus rex Lydorum a Pythia accepit oracula (Herod. I 53—56), nonne alii principes gentium

'transmarinarum' oraculum consuluerunt? Haud scio an legendum sit: *περὶ δὲ τῶν χρησμῶν ἔφησε μὴ χρηματίζειν τὸν θεὸν καθόλου περὶ τῶν στάσεων*: minime deum de seditionibus respondere, hanc ob rem Tiribazus negavit se oraculum consulis de his rebus.

34. XV 30. *ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρει λόγοις* (lacunam notat Dindorfius) *τὸν τύραννον ἐκχωρεῖν ἐκ τῆς πόλεως*. Supplendum erit *προτρέπεσθαι*, quod cum sequente infinitivo haud raro invenitur; XVIII 34: *προτρέψασθαι τοὺς ἄλλους ἡγεμόνας καὶ φίλους προσιέναι τοῖς δεινοῖς*, XVIII 94: *προτρεψομένους ἐναντὶ συμμαχεῖν*.

35. XV 41. *ὡς δ' ἦγον πλησίον τοῦ Νέλλου, κατέλαβον τοὺς Αἰγυπτίους φανερώς (?) παρεσκευασμένους τὰ πρὸς τὸν πόλεμον*; 'probe manifeste instructos' vertit Rhodomannus. Iure, ut mihi quidem videtur, Hertlinius illo *φανερῶς* offenditur; nam quid h. l. sibi vult *φανερῶς* παρεσκευασμένος? *φοβερώς* scribere vult vir doctissimus (tom. II. p. 20), et scribit sic Diodorus: *καταπληκτικῶς παρεσκευασμένος*; cf. XV 3: *ταύτας δὲ κοσμήσας πρὸς ναυμαχίαν καταπληκτικῶς*, XVII 4: *ἤγε τὴν δῖναμιν κεκοσμημένην καταπληκτικῶς*. Sed fortasse et ad codicum lectionem et ad sententiam loci proprius accedit *παντελῶς παρεσκευασμένους*. Haec coniectura confirmatur verbis sequentibus: *πολὸν χρόνον ἐδεδώκει τοῖς πολεμοῖς εἰς τὴν παράσκευήν. παντελῶς (-ής) enim non modo significationem habet 'omnino, prorsus', sed etiam 'plane, perfecte'*. XVII 70: *πρὸς ἕβριν καὶ παντελεῖ φθοράν*, XV 56: *παντελής φυγὴ ἐγένετο*, XV 17: *τροπῆς δὲ παντελοῦς* (an cum Coisl. *παντελῶς*?) *γεγενημένης*; Ioseph. Antiquit. I 18, 5: *γηραιὸς δὲ ὢν καὶ τὰς ὄψεις εἰς τὸ παντελὲς ἠφανισμένος*.

36. XV 52. In praeconio illo, quod Thebani seniores malum esse portentum opinati sunt, tradita verba quaedam mutatione egere videntur. Legitur *κῆρυξ τυφλὸν ἄνδρα ἀποδεδρακότα κομίζων* (quod Coisl. omittit). At nonne *τυφλὸν* et *ἀποδεδρακότα* vehementer inter se repugnant? Scribe *τυχῶν ἄνδρα* (aut *ἀνδράποδον ἀποδεδρακότος*?). Eodem ipso tempore, quo exercitus Thebis egressus est, ei obvius erat praeco, qui mancipium fugitivum reduxit (*ἀπήνητησεν, ὃς ἔτυχε κομίζων*). Madvigius *τυφλὸς κῆρυξ* scribit (l. l. p. 501) et id

ominosum fuisse existimat timoremque exeuntium excivisse. Sed Thebani non e praeconis habitu aliquid mali praesagiverunt, immo ex praeconio ipso. Scriptum autem est μήτ' ἐξάγειν Θήβηθεν μήτ' ἀφανίζειν, ἀλλ' ἀπάγοντα πάλιν ἀνασφάζειν. Pro ἀνασφάζειν, quod non cum antecedentibus convenit — non enim de servando, sed de reducendo mancipio agitur — scribe ἀποκομίζειν. Praeconium ita se habet: ne quis mancipium Thebis educat neve occulat, sed abducatur (ἀπάγοντα sc. a loco, in quem confugerat) et ad dominum reducat. Ex hoc autem praeconio Thebani superstitione imbuti aliquid mali suspicari poterant. Sub suam enim dicionem Lacedaemonii Thebanos redigere animum inducebant, cf. c. 51: ἔκριναν τὰς Θήβας ἐξανδραποδίσασθαι. Et Thebani prioribus temporibus contra Lacedaemoniorum mandatum fugitivos abdiderunt (XIV 6: καὶ Θηβαῖοι δὲ ἐψηφίσαντο ὑπάρχειν πρόστιμον τῷ θεασαμένῳ μὲν ἀγόμενον φυγάδα, μὴ βοηθήσαντι δὲ κατὰ τὸ δυνάτῳ). Cuius facti memoria et timore Lacedaemoniorum et suae infirmitatis conscientia commoti milites e praeconio mirum in modum, ut iis quidem videbatur, ad se spectante mala concluserunt ad se ventura. ἀποκομίζειν autem invenitur apud Diodorum (ἀποκομίζειν πεφηνότας, ἀποκομίζειν τοῖς τεθνεώτας εἰς Συρακόσας fr. XXI 28), apud Polybium (IV 51, 6: παρέδωκε τὸν Ἀνδρόμαχον αὐτοῖς ἀποκομίζειν ὡς τὸν υἱὸν) et alios; cf. Thucyd. VII 82: τοῦτους μὲν εὐθὺς ἀπεκόμιζεν εἰς τὴν πόλιν.

Paulo infra legimus: πνεύματος δὲ γενομένου συνέβη τὴν ταῖναν ἀποσπασθῆναι περὶ τινα στήλην ἐφειστώσαν τάφῳ. Equidem hac lectione rem, ut erat, satis declarari nego, nam in verbo ἀποσπασθῆναι inest sola vis abstrahendi, minime autem vis verbi περισπᾶσθαι aut περιθέσθαι. Conicio ἀποσπασθῆναι περὶ τινα; hoc ante περὶ τινα facile excidere potuit. περιτείνειν a Diodoro quidem non usurpatur, sed a loci sententia vix abhorrere existimo.

37. XVI 8. διὰ τὸ πλῆθος τῶν ταύτην ἐνοικοῦντων. Nusquam apud Diodorum ἐνοικεῖν eadem constructione adhibitum invenies qua κατοικεῖν, sed ubique absolute dicitur. Hanc ob rem delendum est ταύτην, quod ex articulo praecedente eo facilius oriri potuit, quod utrumque vocabulum per compendium scribi solebat. οἱ ἐνοικοῦντες idem valent atque 'oppidanī'; XV 42: κρατήσαντες τοῦ φρουρίου τοῦτο μὲν κατέσκαψαν, τοὺς δ' ἐνοικοῦντας ἐξανδραποδίσαντο. Polyb. IX 7, 4: ἐπλήξας

τῷ παραδόξῳ τοὺς ἐνοικοῦντας, XXIV 6, 5: φυγόντων τῶν ἐνοικοῦντων εἰς τὰς ἀκρωρείας.

38. XVI 10. ἀκατασχετοῦ δὲ τῆς ὄρμης οὐσης τῶν ὄχλων ἀπογνόντες (mss. ἐπιγνόντες) τοὺς μισθοφόρους καὶ τοὺς τὰ τοῦ δυνάστου φρονοῦντας ἤθροισαν. Wesselingius et Bekkerus ἐπιγνόντες retinuerunt existimantes verbum ἐπιγνόνσκειν eandem fere vim habere atque ἐξετάζειν aut δοκιμάζειν, recensere (eine Musterung veranstalten). Sed nusquam hanc significationem invenies¹⁾. Idcirco scripsit Dindorfius in maiore editione ἀπογνόντες. Sed mihi haec coniectura duabus de causis minime probatur. Structuram si spectes, invenies verbum ἀπογινώσκειν aut cum voce ἐλπῖδα coniungi (ἀπογνόντες τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπῖδας, ἀπεγνωκέναι τὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπῖδας, ἐν ἀπεγνωσμέναις ἐλπίσιν τῆς παιρῖδος οὐσης fr. XXXII 22 al.) aut ubi vocabulum ἐλπίς non adiectum est, illud facile intellegi vel ex vicinia repeti posse (ἀπεγνωκότες τὴν σωτηρίαν idem valet atque ἀπεγνωκότες τὴν τῆς σωτηρίας ἐλπῖδα, τὰ καθ' αὐτὸν ἀπογινώσκειν et sic saepius). Loco autem, de quo quaerimus, obiectum, quod pertinet ad participium ἀπογνόντες, ex antecedentibus aegre repetitur; an in verbis ἐπειρώωτο μετακαλεῖσθαι . . . ἀπὸ τῆς ἀποστάσεως inest? absolute quasi dictum ἀπογινώσκειν apud Diodorum non deprehendes. Nec magis coniectura Dindorfii convenit rei, quae narratur; nam tantum aberat, ut duces desperantes animo caderent, ut omnia pararent ad impetum faciendum (ἀθροῖζειν — τὰς τάξεις πληροῦν — ἐπιθέσθαι διαγινώσκειν). Haud scio an scribendum sit τοῦτ' οὐκ ἐπιδόντες. Duces, qui impetum populi in dies crescentem nullo modo retineri posse credebant — ὄρμης ἀκατασχετοῦ οὐσης —, hoc non aequo animo perferre poterant (germanice: ruhig geschehen lassen); cf. XVII, 30: σύντομον ἔξειν τὴν κόλασιν ἐπιδόντα τὴν κατάλυσιν τῆς βασιλείας . . . (wenn er ruhig geschehen lassen müsste); fr. XXXIV 11: τὸν υἱὸν πρὸ τῆς ἀκμῆς ἐπειδὲ τελευτήσαντα (musste ins Grab sinken sehen); Isoer. IV 96: ἐτόλμησεν ἐπιδεῖν ἐρήμην μὲν τὴν πόλιν γενομένην, τὴν δὲ χώραν πορθουμένην.

¹⁾ ἐπιγινώσκειν significat cognoscere; ἐπιγνόντες τινὲς (τὸ σῶμα) fr. XXI 28, ἐπιγνοῦς τὸν τοῦ ἰδίου υἱοῦ ἕππον fr. XXII 24, ἐπιγνωσθῆναι τὸ λόγιον fr. XXXII 11.

39. XVI 21. ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις. Diodorus hanc fere normam sequitur, ut ad locum exprimentum usurpet ἄνω, ad tempus signandum ἐπάνω. Tempora praeterita ubique sunt οἱ ἐπάνω χρόνοι, XV 2, XV 31, XV 37, XV 48, XV 140, XVI 42, XVI 52. Contra leges αἱ ἄνω σατραπείαι, τὰ ἄνω μέρη τῆς χώρας, τόδ' ἀνώτερον μέρος. Hanc ob rem hoc quoque loco scriptum velim ἦσαν προαπεσιαλκότες ἐν τοῖς ἐπάνω χρόνοις. Nolumus autem id praetermittere, τοὺς ἀνωτέρω χρόνους XVI 40 inveniri. Sed hoc non valet contra ea, quae explicui.

40. XVII 36. . . . αἷς τὰ μὲν προσήκοντα καὶ μεγάλη μακρὰν ἀπήρητο, τὰ δ' ἀλλόφυλα καὶ πολέμια παρῆν σύνεγγυς. μέγα est 'admirabile et memorandum', id quod supra appellat Diodorus περιβόητα (τὰ τιμωτάτα καὶ περιβόητα); sed respondeatne vocabulo πολέμια? Attamen opposita sunt ἀλλόφυλα et προσήκοντα; existimem igitur μεγάλη aut ex duobus verbis conflatum aut depravatam esse ex φίλια; XIX 7: οὐ διέκρινε, φίλον ἢ πολέμιον, et saepius oppositum est φίλιος verbo πολέμιος; fr. XXXII 2: πολέμιος ἢ φίλος; Polyb. XVI 19, 3: τίς τῶν ὑποπιπτόντων φίλιος ἢ πολέμιός ἐστι; XXIX 27, 4: πότερα φίλιος ἢ πολέμιός ἐστιν.

41. XVII 38. οἱ πλεῖστοι γὰρ διὰ τὴν εὐήθειαν (sic Dindorfius; codices praebent εὐτυχίαν) ἐπαίρονται μὲν ταῖς εὐπραξίαις, ὑπερήσανοι δ' ἐν ταῖς εὐτυχίαις γινόμενοι τῆς ἀνθρωπίνης καὶ κοινῆς ἀσθενείας ἐπιλανθάνονται. Εὐτυχίαν, quod Wesselingius et Bekkerus retinent, Rhodomannus autem vertit 'per fortunae indulgentiam', vix defendi potest; nam quid interest inter εὐτυχία et εὐπραξία (aut εὐπραγία)? Aut promiscue adhibentur haec verba aut ad formandum ἐν διὰ δυοῖν, quod vocant. Desideratur vocabulum, quod respondeat antecedenti φρονήσεως. Hoc intellecto Dindorfius scripsit εὐήθειαν, quod vereor ne probari non possit. Nam εὐήθης est 'stultus, insipiens', φανερόν γὰρ ἦν καὶ τοῖς εὐηθεστάτοις, οὐ τῶν τευχῶν . . . κατερρηκῶτων . . . ἐστὶ τῆς πόλεως ἐκατόρθωτος ἢ πολιορκία fr. XXXIV 17; uno autem loco, ne hoc praetermittam, 'simplex, a malignitate prorsus alienus', V 66: τοὺς ἐπὶ Κρόνου γενομένους παραδεδοσθαι . . . εὐήθεις καὶ ἀκάκους παντελῶς; cf. Pl. rep. p. 400 E: εὐλογία . . . καὶ εὐρυθμία εὐηθεῖα ἀκολουθεῖ. . . εὐήθειαν ὡς ἀληθῶς εὐ τε καὶ καλῶς τὸ ἦθος κατεσκευασμένην διάνοιαν. Existimo autem non

tam de stultitia quam de socordia et inconsiderantia agi, quibus verbis oppositum sit φρονήσει. Itaque haud scio an legendum sit: οἱ πλεῖστοι γὰρ διὰ τὴν ἔαθυμλιαν ἐπαίρονται; XVII 79: ὁ δὲ Φιλώτας διὰ ἔαθυμλιαν τὸν ἔηθέντα λόγον ἀργῶς ἐδέξατο, fr. XXIV 3: φάσκων αὐτοὺς ἔαθύμωως (ratione non adhibita) κεχειρικέναι τὸν πόλεμον, XVII 79: τοῦ δὲ Φιλώτου ἔαθυμλιαν προσομολογήσαντος, XIX 95: ὄντες κατάκοποι καὶ ἔαθύμωως ἔχοντες τὰ περὶ τὰς φυλακὰς, fr. XXXVI 5: διὰ τὴν ἔαθυμλιαν καὶ φανλότητα τῆς ἀγωγῆς, fr. XLV 65: ἤρεστο τὴν ἔαθυμλιαν καὶ ἔαστόνην. Ad sententiam autem confirmandam afferro frg. XXIII 15 D.: τίς οὐκ ἂν δικαίως μέμνηται τὴν ἀφροσύνην (ego supra legi ἔαθυμλιαν) καὶ τὴν ὑπερηφανίαν τὴν Ἀπίλλου; τὴν γὰρ εὐτυχίαν ὡσπερ βαρὺ φορτίον ἐνεγκεῖν ἐπιδεξίως οὐ δυνήσεις. . . Hoc loco eadem fere sententia declaratur, quae illo, de quo quaerimus, loco. Optime autem coniectura mea comprobatur loco ex libro undevicesimo (XIX 95, 6): ταῖς γὰρ εὐτυχίαις εἴωθεν ὡς ἐπίπαν ἀκολουθεῖν ἔαθυμλία τε καὶ καταφρόνησις.

Easdem fere sententias non solum, sed etiam narratiunculas easdem per singulos Diodori libros redire non eum fugiet, qui in eis versatur. Saepissime invenies eandem rem bis esse relatum. Pauca repetitionis sententiarum exempla afferam. Iudicat de Agathocle (XIX 1) eisdem fere verbis, quibus de illo utitur fr. XXI 17. Existimat historiam rerum et incitare ad recte faciendum et depellere a male faciendo I 1, XV 1. De Liguria idem iudicat IV 20 et V 39; de cerevisia I 20 et I 34. Sed etiam de diversis hominibus idem dicit verbis tam similibus, ut censeas errorem et negligentiam scriptoris esse in culpa. De morte Charondae (XII 19) idem dicit, quod de exitu Dioclis tradit (XIII 33); XII 19: ἐνὰς εἰπόντος 'καταλέλυκας τὸν ἴδιον νόμον', XIII 33: τοὺς ἴδλους αὐτοῦ καταλύει νόμους; XII 19: μὰ Δί', ἀλλὰ κίριον ποιήσω, XIII 33: μὰ Δία οὐ μὲν οὖν, ἀλλὰ κυρίους ποιήσω; XII 19: καὶ σπασάμενος τὸ ξιφίδιον . . . XIII 33: καὶ σπασάμενος τὸ ξίφος; XII 19: ἐαντὸν ἀπέσφαξεν, XIII 33: ἐαντὸν ἀπέκτεινε. Diodorus ipse profitetur se de morte Dioclis eadem verba usurpatum esse. Praecipue in libro decimo septimo tales iterationes deprehenduntur¹).

¹) cf. libellus L. Broekeri, qui inscriptus est: Moderne Quellenforscher und antike Geschichtsschreiber (Innsbruck 1882. p. 64—75).

41. XVII 43. οἱ δὲ Τύριοι ἄλιεῖς ἔχοντες τεχνίτας καὶ μηχανοποιούς. Hac codicum lectione offensus Wesselingius dicit mirum esse, cur Tyrii ἄλιεῖς appellentur. Erant sane eorum plerique rerum nauticarum studiosi, sed piscatores minime. 'Mari ad s'ueti' vertit Rhodomannus, ingeniose quidem, sed non ad verbi vim accommodate. De la Barre (cf. supra p. 122), qui Wesselingium adiuvit in Diodori libris edendis, scribit ἄλιεῖς — una littera omissa, — optime, si ageretur de Herodoti textu restituendo. Herodotus enim hoc adiectivum saepius usurpat cum significatione multitudinis. Sed proprium est illud sermonis Ionici, neque receptum est in sermonem Atticum. Itaque improbanda est haec coniectura quamvis acuta. — Wesselingius mutat ἄλιεῖς καὶ τεχνίτας. Sed haec quoque mutatio vix cuiquam satisfaciatur, nam quid piscatorum ars hoc loco velit, non video nec puto piscatores fuisse artifices et mechanicos. Hanc ob rem Madvigius (l. l. p. 506) scribit ἄλις. Recte quidem, si Diodorus hoc adverbium aliter usurpasset atque his locis: XX 2: ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἄλις ἡμῖν ἐχέτω, XX 26: περὶ τῶν ἐν Βοσπόρῳ πραχθέντων ἄλις ἡμῖν ἐχέτω. Doehnerus (l. l. p. 14) scribit οἱ Τύριοι ἀλλίζοντες τεχνίτας καὶ μηχανοποιούς, aut si quem hiatus offēdat, συναλλίζοντες, quod verbum ab Herodoto et Xenophonte eadem significatione usurpatur, quam habet συναθροίζειν. Exempla, quibus confirmatur opinio eius, desiderabis; equidem nullum inveni. Suspicio ἀλύοντας ἔχοντες, Tyrii multos artifices habebant otiosos; frg. XXIX 35: περιήει τὴν πόλιν ἀλύων, alias ἀλύοντες στρατιώται, ἀλύοντες ἐργάται.

42. XVII 59. ἡ δὲ μήτηρ τοῦ Λαρελου Σισύγαμβις, ἐφ' ἡσυχίας ἔμεινε φιλοφρόνως (?) οὔτε τῷ παραλόγῳ τῆς τύχης πιστεύουσα οὔτε πρὸς Ἀλέξανδρον εὐχαριστίαν λυμαιομένη. 'Benevola quadam affectione' vertit Rhodomannus. Sed iure offenditur hoc adverbio Madvigius (l. l. p. 506); nam φιλόφρων est benignus; XVII 81: φιλοφρόνως προσδέχεσθαι, XVIII 18: φιλοφρόνως ὑποδέχεσθαι, XVIII 49: μετὰ φιλοφροσύνης ἀπαντᾶν, fr. XXVII 6: ὅτι μετὰ τὸ ψηφισθῆναι τὰ κατὰ Πλημνιον φιλοφρόνως πρὸς τοὺς Λοκρούς, fr. XXI 34: φιλοφρόνως ἀναληφθέντες. Vir doctissimus scribit φιλοχωροῦσα, ingeniose quidem, sed vix recte; non enim amore loci perducta est Sisygambis, ut maneret, sed quod nec fortunae fallaci confidebat nec pietatem violare volebat. Accedit

quod φιλοχωρεῖν, quod apud Diodorum non invenies, cum obiecto coniungi solet; cf. Polyb. IV 46, 1: αὐτοῦ δὲ κατέμειναν διὰ τὸ φιλοχωρῆσαι τοῖς περὶ τὸ Βυζάντιον τόποις. Ego conicio φιλοστόργως: memor necessitudinis cuiusdam, quae inter ipsam et Alexandrum erat; nam matris instar eum adamaverat, ut eius morte audita sibi mortem conscisceret (cap. 118). Φιλοστόργως autem respondet sequenti sententiae: οὔτε τὴν πρὸς Ἀλέξανδρον εὐχαριστίαν λυμαιομένη; cf. I 71: τὰ πλήθη ταῖς εἰς τοὺς ἡγουμένους εὐνοίαις πᾶσαν συγγενικὴν φιλοστοργίαν ὑπερεβάλετο, XIX 33: ἀμφοτέρως δὲ φιλοστόργως πρὸς αὐτὸν διακειμένης; fr. XXXI 19, 2: φιλοστοργῆσαι διαφερόντως τὸν ἀδελφόν; Polyb. XXXII 11, 1: εἰς πατρικὴν καὶ συγγενικὴν ἦλθον αἴρεσιν καὶ φιλοστοργίαν πρὸς ἀλλήλους, XVI 17, 8: τὰ μὲν δι' ἄγνοιαν γέγονε, τὸ δὲ περὶ τὴν ναυμαχίαν διὰ τὴν πρὸς τὴν πατρίδα φιλοστοργίαν. Praeterea ἐμφρόνως quoque in tradita scriptura φιλοφρόνως existimo inesse, ita ut duo adverbia φιλοστόργως et ἐμφρόνως in unum quasi conflata sint φιλοφρόνως; XVII 85: ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἐμφρόνως (prudenter) προιδόμενος τὰ μέλλοντα, XVIII 60: ὁ καὶ τότε διανοούμενος εὐδμήνης ἐμφρόνως τὰ κατ' ἐαυτὸν ἡσφαλίσατο, fr. XXV 13: πᾶσιν ἔδοξαν ἐμφρόνως περὶ τούτων βεβουλεύσθαι, fr. XLV 20: προνοηθέντες ἐμφρόνως. Loco autem eo, quem tractavi, ἐμφρόνως bene respondet sententiae alteri: οὔτε τῷ παραλόγῳ τῆς τύχης πιστεύουσα. Sic duae causae, quibus commota est regina, ut fugere nollet, oratione magis exstant.

43. XVII 94. μίαν εἶχεν ἐλπίδα τῆς ἐπιθυμίας, εἰ τοὺς στρατιώτας διὰ τῆς εὐεργεσίας εἰς εὐνοίαν μεγάλην προσάγοιτο. Etsi ἐπιθυμίας ab omnibus editoribus retinetur, tamen mihi suspiciosa est lectio. Interpretantur spem explorandae cupiditatis; at ubi talis brachylogiae exemplum apud Diodorum exstat? Fortasse Diodorus scripsit μίαν εἶχεν ἐλπίδα τοῦ ἐπιτυχεῖν. Hoc verbum aut sine obiecto usurpatur aut cum eo (ἐ. τῶν πραγμάτων, τῆς ἐπιβολῆς) et idem valet ac 'quod quis petit, assequi'; Polyb. XXI 3, 8: ἐπέτυχε περὶ τῶν ἀξιουμένων; Diod. XVII 38: τὰ κατὰ τὸν πόλεμον προτερήματα τὰ πλείονα διὰ τύχην ἢ δι' ἀρετὴν ἐπιτυγχάνεται.

44. XVIII 33. Περόλκας . . φρονικός ἦν καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων περιαιρούμενος τὰς ἐξουσίας καὶ καθόλου πάντων βουλόμενος ἄρχειν βιαίως, ὁ δὲ Πτολεμαῖος του-

ναντιον εὐεργετικός καὶ ἐπιεικής. Mihi φονικός suspicionem movet. Φονικός est ille, qui sinit sanguinem, qui sanguinolenta caedium cupiditate imbutus est; XIX 71: τοῦναντιον φονικός ὢν καὶ τῶν τυράννων ἀμότερος; fr. XXXII 10: Πευδοφίλιππος ἐξετέραπη πρὸς ἀμότητα καὶ παρανομίαν τυραννικήν, οὐκ ὄλλους τῶν φίλων ἐμιαυρόνησεν. ἦν γὰρ φύσει Θηριώδης καὶ φονικός, XI 53: βλαίος ἦν καὶ φονικός κτῆ. Sed hoc loco minime neque in antecedentibus neque in sequentibus de siti sanguinis agitur; sed in describendis moribus Perdicae Diodorum apparet Ptolemaeum eiusque mores cum illo contulisse; ille omnem aliorum potestatem sibi vindicavit (περιαιρούμενος τὰς τῶν ἄλλων ἡγεμόνων ἐξουσίας), hic omnibus ducibus liberrime sententias pronuntiare permisit (μεταδιδοὺς πᾶσι τοῖς ἡγεμόσι τῆς παρρησίας). Hanc ob rem mutari illud φονικός velim in φορτικός (arrogans) opp. ἐπιεικής; I 48: Ὀσμανδίας . . . καθ' ὑπερβολὴν ἀνδρείος καὶ φορτικός (D. ὤς), quae verba Rhodomannus ita vertit: fortis et insolens; XIX 86: ἐλοιδόρησε (sc. Ἀνδρόνικος) φορτικῶς τὸν Πτολεμαῖον (in derber, anmassender Weise); Polyb. V 49, 4: ἤρξατο λοιδορεῖν τὸν εἰρημένον, αἶμα δὲ φορτικῶς μὲν αὐτὸν ἐγκωμιάζων . . . Existimo meam coniecturam praestare coniecturae Madvigii, qui scribit (l. l. p. 509) καταφρονητικός. Nam eius coniectura, praeterquam quod longius a codicum lectione recedit, neque apud Diodorum neque apud Polybium exemplis comprobatur, quamquam καταπεφρονηκότως haud raro invenitur; XVIII 34, 6: τοὺς διὰ τῆς κλιμακὸς ἀναβαίνοντας καταπεφρονηκότως τύπτων, XIX 92: καταπεφρονηκότως καὶ ἄρθῆμω, XIX, 95: στρατοπεδευσάντων καταπεφρονηκότως, fr. XXV 13: καταπεφρονηκότως διηγωνίζοντο.

45. XVIII 45. Ἀλκίτας δὲ μετὰ τῶν ἰδίων ὑπασπιστῶν καὶ τῶν παιδῶν ἔργυε μετὰ τῶν Πισιδῶν τῶν συστρατενομένων εἰς πόλιν Πισιδικήν. παιδῶν spurium esse arbitror; nam neque de liberis Alcetae in sequentibus capitibus mentio fit, neque de servis; itaque ex Πισιδῶν corruptum puto et quae sequuntur 'μετὰ τῶν Πισιδῶν' glossema esse in textum postea receptum. Verborum quoque collocatio, ut nunc se habet, suspicionem movet.

Hae fere sunt coniecturae, quibus ego pro mea parte aliquid conferre animum induxi ad Diodori libros emendandos; quamquam me non fugit 'periculosae plenum opus aleae' esse, ei scriptori operam dare, cuius oratio permultis scetet mendis.

Reliquum est, ut grato animo profitear me cum omnibus in rebus tum in hoc opusculo perficiendo ab Iwano Muellero praecceptore carissimo summeque reverendo magna benevolentia esse adiutum. Qui primus me incitavit scholis, quas de litteris Graecorum posteriorum habuerat, ut accederem ad Diodorum.

